

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken


**Georgii Beyeri, J.U.D. De Utili & Necessaria Autorum
Juridicorum Et Juris arti inservientium Notitia
Schediasma, exhibens Indicem Autorum quos Tribus
Speciminibus recitavit & excerpsit**

Beyer, Georg

Lipsiae, 1720

VD18 90548167

urn:nbn:de:gbv:45:1-14273



Litt. II.


4


56



Prüfung

11





GEORGII BEYERI,

J. U. D.

DE

UTILI & NECESSARIA

AUTORUM
JURIDICORUM

ET

Juris arti inservientium

NOTITIA
SCHEDIASMA,

exhibens Indicem Autorum quos

Tribus Speciminibus recitavit

& excerptit.

EDITIO SECUNDA.

L I P S I Æ,

Apud HEREDES JOH. GROSSII.

M DCC XX.



EX BIBLIOTHECA
OLDENBURGENSI.



ILLUSTRI atq; MAGNIFICO
DN. HENRICO
COCCEJO,
JCTO PRISCIS ÆQUIPARANDO,
post laudatissimè gesta
Supremi Consilii Status
ELECTORALIS PALATINI
& Collegii Revisorii
ASSESSORIS,
atq; in antiquissima HEIDELBERGENSI
Decretalium, Pandectar. & Juris Gentium
PROFESSORIS P.

Munera

jam

SERENISS. & POTENTISS.
ELECT. BRANDENBURG.
CONSILIARIO,
FACULTATIS JURIDICÆ IN ALMA
VIADRINA
ORDINARIO

&

ANTECESSORI PRIMARIO,
Patrono suo omni observantia colendo
S. D. P.

GEORG. Beyer, D.

Permitte, VIR ILLUSTRIS, ut qua-
cunq; potius arrepta occasione devotam
mentem testatam TIBI faciam, quam
de non

);(


de non satis bene collocata benignitate TUA
 singulari suspicionem præbeam. Tantus est,
 quo me complecteris, favor, cui demerendo
 perpetua obsequia non sufficiunt; sed longe
 major, quippe nullis obstructis simi animi docu-
 mentis hucusq; provocatus. Absit vero, ut o-
 pella hujus, quam nullius vel laboris, vel judi-
 cii, neq; pretii alicujus esse fateor, dedicatione
 TIBI molestus sim; alia & majora requirun-
 tur ILLUSTRIS TUO NOMINI consecran-
 da. Absit, ut Tutela TUÆ hoc schediaσμα
 commendare ausim; potiora sunt, quibus in
 salutem publicam, in oppressorum tutamen, in
 commodum formanda ad Reipubl. administra-
 tionem Juventutis occuparis, quibus quisqui-
 liarum mearum curam ut immisceas, præten-
 dere ineptum esset & arrogans; neque tanta
 protectione indigent hæc pagina quarum autor
 cum adversariis, si qui futuri sint, lubens
 transigit, errores emendare, defectus sup-
 plere, de bene dictis rationem reddere para-
 tus, cæterum cuius sentiendi libertatem in-
 tegram esse jubens. Bibliothecam exhibeo A-
 cademicam, apicibus quidem omnibus perve-
 stigandis non sufficientem, nec tamen in vul-
 garis fori tritura instrumentis hærentem,
 sed studii nostri partibus & subsidiis neces-
 sariis absolvendis & conquirendis inservien-
 tem

*rem. Qua subjeci Autorum nonnullorum
 excerpta & de quibusdam judicia, ea dis-
 sentientem ferre omnino possunt, cum con-
 sensum eruditorum hac parte non magis spe-
 rare liceat, quam a pluribus convivis con-
 formem ejusdem ferculi gustum. Calumnias
 denique non metuo; quid enim metuam,
 quod Autori suo, non mihi, detrahit; & quis
 in me torqueret maledica linguæ spicula,
 qui mecum habito, nemini invideo, omnes
 fero, sinistra judicia, nisi ratione nitantur,
 susq; deque habeo, nec, licet aliquando pos-
 sem, par pari rependo, monita vero amica
 & sincera grato animo excipio, & de verita-
 te utili reperta aliis non minus ac mihi gra-
 tular. Volui vero opusculo huic præscri-
 ptum extare tantisper devoti cordis an men-
 tis? utriusque, si placet Philosophis, mo-
 numentum, donec meliora, TUOQUE NO-
 MINE digniora proferre annuente NUMI-
 NE liceat. Interim, VIR ILLUSTRIS,
 conserva benignam in me propensionem, ne-
 que dubita, eam stimulos mihi superadditu-
 ram, allaborandi, ut, si non ingenii, non
 eruditionis laude; cultu tamen TUI since-
 ro, & qui Clientem decet, talem TIBI me
 probem, in quem collocata Benignitas nun-
 quam peritura sit, quique sollicite caveat,
 ne*

ne eo, quod absque merito obtinuit, ex merito iterum excidat. Quod si vero concatenatis TUIS pro egregio publico laboribus oculos subtrahere & nostris schedis commodare dignatus fueris, ut quæ TUA sit de hoc instituto & tractandi modo sententia, quæ emendanda supplendaque visa fuerint communices, oro. Ex ILLUSTRIS enim COCCEJO discere, EJUSQUE monitis instrui & in studiosæ juventutis commodum formari exopto. DEUS TE salutis publicæ, ornamento orbis eruditi, incremento Alma Viadrinae, Præsidioque Tuorum per longam annorum seriem jubeat esse superstitem omnique gloriæ felicitatis cumulo affluentem.

Per script. ex Museo, Lips. III.
Calend. Augusti A. R. S.
M. DC IIC.

In ore



IN ore plerorumque versatur & in com-
mune proverbium jam pridem abiit :
nosse bonos autores magnam partem esse
eruditionis , & notitiam librorum esse par-
tem historiae nulli eruditorum pretermitt-
tendam qui causas & Instrumenta erudi-
tionis cognoscere cupit. Et utilitas quidem hujus
notitiæ per omnia studiorum genera ita elucet, ut
nemo eam in dubium vocare audeat. Necessitas
vero pro diversis studiis diversos obtinet gradus :
quanto enim magis fundamenta disciplinæ ex au-
toritate dependent, tanto magis necessaria est li-
brorum eam continentium vel subsidia suppedit-
antium notitia. Ergo Philosophia naturalis &
rationalis, quæ omnem autoritatem respuunt, mi-
nus opus habent libris; ex quibus tamen multum
subsidii petitur, cum lectio præparet meditatio-
nem & veritates ab aliis perscriptæ nos confirmet,
errores eorum cautiore nos reddant & iudicium
excitent. Idem dicendum de Medicina tanquam
parte scientiæ naturalis. Historia vero, Genea-
logia & Chronologia tota ex autoritate & monu-
mentis aliorum requirenda est. Theologia plane
auctoritate nititur: cœcutit enim homo naturalis



in iis, quæ sunt Spiritus Dei, nec ratio nostra comprehendit voluntatem Divinam, multo minus mysteria essentiam Dei concernentia; unde infinita & ineffabilis misericordia Numinis revelavit nobis fœdus suum in Sacris Scripturis infallibili norma & lumine viarum nostrarum. Quantum vero alii libri ad hanc pædiam conferant, & quinam sint præferendi, discutere hujus loci non est.

Dicemus de Jurisprudencia, quæ vel Divina est, vel humana. Divina vel naturalis, vel revelata. Naturalis ex ratione cognoscitur, ejusq; proinde fundamentum ex libris non petitur, sed testes sunt, qui hac in re aliquid tentarunt. Testes vero inhabiles vel suspectos aliquando postulare integrum est: cumq; lector æq; sana ratione gaudeat ac scriptor, nullius tanta est autoritas, ut alteri veritatem quærenti opinionem aliquam citra maximæ injuriæ notam obtrudere possit. Nec heterodoxiam clamare hic licet, si dissentiens profiteatur, se nolle consequentias ex thesibus suis in asserta revelata inferre, sed rationem cancellis includere, & in thesibus natura cognoscendis permanere, imprimis cum fides & ratio hominis irrogeniti distinctissima sint (forte & sibi invicem plane contraria.) Interim etiam in jure naturæ aliorum meditationes si absq; præconcepta opinione inspiciantur, multum profunt.

Jus revelatum quatenus omnes & hodiernum obligat, nititur fundamento S. Codicis & proinde autoritate Divina; nec patitur ut humanæ autoritates affluantur; sed & hic cuivis debitis subsidiis instructo

instructo & cognitionem voluntatis Creatoris cum reverentia & humilitate quærenti iudicium suum adhibere integrum est, præsertim cum nondum formulis hic constricti vivamus, ut in credendis.

Jurisprudentia humana, cum ex voluntate Imperantis dependeat, procul dubio subest auctoritati humanæ, & minimum legum corpus tanquam fontem requirit. Nostra vero Jurisprudentia, cum Cinnus sit ex jure Romano, Canonico, Germanico, quorum nec singula sibi satis constant, nec universa bene cohærent, multo plura subsidia ex libris expectat, de quibus cum disseruerim in *prolegomenis positionum secundum Pandectas*, nolo omnia ea prolixè repetere; rogo vero omnes, qui meliora & commodiora subsidia studio juris tractando perspecta habent, ut istas meas meditationes refutent, & sicubi erraverim ostendant, nec dubitent, hoc beneficium in hominem discendi cupidum & gratum conferri; interim exinde satis constat, ad studium Juris nostri imprimis requiri librorum notitiam.

De Jure Feudali cum & hoc ex Longobardico & Germanico mixtum sit, idem prope dicendum est. Jus Ecclesiasticum multa adhuc ex Juris Canonici Volumine usurpat, & ordinationes Ecclesiarum Evangelicarum valde discrepant. Denique Jus Publicum ob mutatam subinde imperii Romani faciem & diversas hypotheses sæpe diversum & incertum est, quibus omnibus ex librorum notitia subsidia commode applicantur. Jam

dictis momentis accedit, quod multum sæpe fati-
gemur in exquirenda veritate aliqua, eamq; postea
a nobis repertam esse, bona fide asseramus, cum
tamen innotuerit aliis melius & plenius eadem do-
centibus, quæ multo minori labore exinde requi-
rere potuissimus, si major nobis fuisset librorum
notitia. Cujus rei testem me ipsum multoties olim
expertum allegare possum.

Nihilominus notitia librorum Juridicorum
hactenus maxime neglecta jacuit. Occuparunt
historiæ literariæ tractationem plerumque ii, qui
aliis destinati disciplinis, sed juris artis non peræq;
gnari vel non potuerunt, vel noluerunt hic ali-
quid præstare. Succurrunt Theologi, Medici, Phi-
losophi, quibus notitia autorum partem sui non
contemnendam debet; Jctus, qui multum hic præ-
stitit, non suppetit. Promiserunt nonnulli, sed
vel nihil perfecerunt, vel non satis, idque magno
studiosorum detrimento. Multi, imo plerique va-
ledicunt Academiis, quibus vix triginta scripta
eaque non optima semper, cognita sunt; & si quis
postea supplere hunc defectum annitatur, sæpe
tempus ipsum destituit, sæpe bibliothecæ defunt,
sæpissime patientia laboris & fervor discendi eva-
nuerunt. Et, si nonnulli libri adhuc conquiran-
tur, fors plerumque dux est, æque in inutiles mo-
les ac erudita Volumina cadens. Interim in Aca-
demiis tempus studiorum teritur plerumque de-
scribendo collegia varia, & excerpto tradita,
quibus sola sæpe autoris fama splendorem concu-
liat, cum talia & multo melius ab aliis propo-
sita

dudum

dudum typis expressa prodierint. Palpant stu-
 diosi in tenebris, & cum tot myriades autorum vi-
 deant, quinam vero utiliores & præ aliis eligendi
 sint, ignorent, non possunt non vel plane succum-
 bere, vel improbo & diuturno labore maximisque
 sumtibus ad scopum præfinitum penetrare, quip-
 pe instrumenta artis suæ ignorantes. Non pigebit
 adscribere, quæ *B. Sagittarius in Collegio MS. de*
Bibliothecis & Historia literaria cap. I. §. 6. -- II.
 differit: Quia in confesso est, inquit, ad solidam,
 & perfectam in unoquoque literarum genere,
 doctrinam absque librorum usu non perveniri,
 necessum utique est, ut vel per nos cognoscamus,
 vel ab aliis adjuti discamus, quinam libri studio
 nostrorum scopo respondeant, ne dum in,
 inutiles aut damnosos deferimur pro thesauro,
 carbones reportemus. Multi bonæ indolis ado-
 lescentes & Juvenes item magnæ spei misere non-
 nunquam distrahuntur, vel unicam ob hanc cau-
 sam quod nesciant, quos primum, quos deinceps,
 tractare debeant, & in eos, quos utilissimos suo
 fini existimabant, incidentes & studiosius pertra-
 ctantes, procedente tempore intelligunt, nullos,
 æque suo instituto fuisse adversos. Alii in scri-
 bendis describendisque collegiis noctu diuque,
 occupantur, & his laboribus intenti victus somni-
 que atque adeo valetudinis sunt negligentiores,
 sed postea Ingenti suo cum damno experiuntur,
 bonam eorum partem, quæ tam sedulo descripse-
 runt, imo quandoque omnia singula in libris ex-
 cussis tolerabili pretio coëmendis haberi, quorum,



3, notitiam si in tempore habuissent familiarem
 3, temporis & valetudinis jacturam non necesse
 3, habuissent facere. Jam multi sunt qui vel ino-
 3, pia vel aliis fortunæ casibus pressi diu in Acade-
 3, miis aut aliis celebribus locis vivere nequeunt,
 3, hi nisi præcognoverint, quos potissimum libros
 3, extra Academias legere debeant, & relegere, aut
 3, tempus nihil agendo, aut aliud, quam præfinitus
 3, scopus requirebat, agendo festinanter avolabit.
 3, Porro seu quis in ipsis Academiis vivat, seu ex-
 3, tra illas vitam degat, non debet non interdum
 3, vel ex Patronorum, Fautorum amicorumque
 3, voluntate vel aliis necessitatibus motus com-
 3, mentari, seu disputatio sit, seu dissertatio, seu E-
 3, pistola, seu Oratio tam sacri quam externi argu-
 3, menti. Quid autem fiet, quando dum aliquis ca-
 3, uerit notitia illorum scriptorum, qui idem ar-
 3, gumentum vel jam tum tractarunt, vel ad id tra-
 3, ctandum rationem modumque præscripserunt?
 3, Certe manca illa erunt & jejuna plerumque; aut ad
 3, minimum non tam perfecta, quam si libri idem
 3, argumentum tractantes ad manus fuissent. His
 3, ergo omnibus difficultatibus locupletissime me-
 3, detur studium cognitionis bonorum librorum,
 3, cujus summa necessitas maximaque utilitas nun-
 3, quam satis explicari poterit. Præterea creber-
 3, rimus cognitionis librorum usus sese exerit, tam
 3, in familiaribus amicorum colloquiis, quam in
 3, aliis Diatribis cum gravibus Viris publice priva-
 3, timque institutis. Nimirum frequens in his con-
 3, gressibus usus est pro ratione temporis atque loci
 hujus

hujus ipsius, de quo loquimur, studii. Novi, qui per hæc colloquia, cum prolixam suam librorum cognitionem pro re nata facerent testatam, multum se insinuaverint Viris magnis, ut prima hæc fuerit occasio ad altiora penetrandi. Hactenus Sagittarius, cujus utilissimus labor jam ante vicennium vt videtur exantlatus, vt necessariis supplementis augeatur, & in publicum prodeat, plures eruditi expectant.

Cur vero negligatur utilissimum hoc studium, causa magis in docentibus quam discantibus posita est. Suspiciantur nonnulli *invidiam* Doctorum, non ferentium ut facilius notitiam scriptorum sibi acquirant studiosi, ac ipsi, qui si quam habeant magno labore partam possident. Allegant alii *metum* docentium, *ne tradita eorum*, ubi studiosus talia & meliora alibi deprehenderit, *evilescant*. Sed ut hæc credam vix inducor: quilibet præsumitur bonus, donec de contrario satis constet; hanc regulam non Juris Civilis sed Jurisprudentiæ universalis, quippe injuncto nobis amore Proximæ subnixam semper mihi dictam puto, nec facile persuadeor esse tam vanos & malevolos, qui nolint prodesse, ubi possunt, & ubi se velle profitentur: vel qui credant nunquam fore inter auditores hominem feliciori ingenio & discendi cupiditate præditum qui arcana ipsorum sit detecturus. Alia itaque esse oportet, quæ huic conatui obstant. Plerique postquam studia sua absolvisse se putant, statim *totos se foro mancipant*, & sic ubi forte lectiones suscipiant ut in arte sua magistri videantur,

fere tamen in vulgaribus hærent, imo persuadent studiosis: levi opera & eminus saltem aspicienda principia Juris; ex curatiori tractatione plus impedimenti quam subsidii resultare, & esse plures Practicos celebres, qui cautelas & formulas diligenter collegerint, principia fere ignorent. Scilicet solent plerumque homines in alterutrum extremum prolabi; magis vero in id, quod non multum requirit industriæ, multum vero pecuniæ, vel honores quantocyus impetrandos promittit. Itaque ad triennium, imo ad biennium coarctatus est studiorum cursus (quod quidem tempus, si recte impendatur, addiscendis principiis sufficit; sed dein duplicanda esset diligentia, & proprii oculi aperiendi, atque cum judicio expendenda & conformanda quæ à Præceptore percepimus; & ulterius provehenda, quorum cursus instructus quidem, sed nondum absolutus est) postea de officio obtinendo dispicimus, vel negotiis forensibus nimis involuti in cursu subsistimus, & ita hæremus perpetuo. Sed minime moror ejusmodi homines, sive bona fide, sive ut doctrinæ defectum tegant, reclamante animo talia proferentes; & glandibus vesci, si fruges reperire nolint, permitto. Alii, prout fert Philautia & ambitio humana, propria qualiacunque proferre malunt, quam aliena; *inglorium putantes*, & rem diligentiae magis quam judicii, *recitare quid alii dicant* vel sentiant. Verum profecto & hic judicium requiritur, & si describere alios, prout in Systematibus plerumque fieri videmus, non piget,

eur

cur pigeret eos recitare, & ostendere, quid cuique auctori tribuendum sit, & ad quem in quavis parte potissimum recurrendum? Alii perspicientes, *multi laboris* esse Autores perquirere, discernere, excerpere, neque ingenium solum requiri, sed & exercitationem & plenam *artis nostræ notitiam*; malunt in specialioribus hæerere, ne imparati in medium pelagus, quod vocant, protrudantur. Alios *sumus* deterrent suppellectili librariæ, quæ huic proposito par est, sibi comparandæ necessarii, & *difficultas commodatos accipiendi libros* ex bibliothecis quæ publicis quæ privatis. Alii, cum videant, solam recensione, nisi iudicium addatur, non sufficere, metuunt, ne *odium* pariat veritas, si non de omnibus scriptis æque magnifice sentiatur. Denique plures eruditi, quique hæc impedimenta omnia superarunt, *officiis publicis* ita obruti sunt, ut talia aliis relinquere & optare magis quam perficere cogantur. Id vero non inter postrema operæ, de qua dicimus, impedimenta referendum, quod ejusmodi occupatio *theoretica* sit & scholastica, operis in publicum pertinentibus multo inferior.

Non obstiterunt, de quibus hætenus dixi, impedimenta, quæ minus biennio abhinc susciperem hunc prope neglectum laborem, & centum Autores Juris Collegio privato exponerem; quem laborem non ingratum fuisse, Commilitones optimi, qui Auditores se profitebantur, assiduitate sua testati sunt. Sed tunc quidem promiscue procedebam, ex hac, illa materia, prout
obve-

obveniebant, scriptores decerpendo. Cum vero anno superiori hoc institutum reassumerem, addidi prope ducentos alios; nonnullos priorum abjeci, & in certum ordinem, qualis in disponenda Bibliotheca commodus visus est, digessi. Sed cum nec hoc modo mihi satisfacissem eandem telam reassumere, *poiores eorum, qui speciales ex Jure Civili, Canonico, Feudali, Publico materias tractarunt, adjicere alios, qui in Sciagraphia priori deerant, supplere*, atque numerum ad *quadringentos* plus minus augere hac æstate, si DEO ita visum fuerit, mecum constitui. Pars itaque eorum, qui superioribus accedent, Sciagraphiæ, quam paulo inferius subjicio, suis locis inserta est; reliquos vero, qui in titulos speciales commentati sunt, hic enumerare & in ordinem redigere prohibet angustia temporis & nonnullorum defectus. Id vero agam, ut ubique meliores & celebratiores producam, quorum *Sciagraphiam MStam* sub initium lectionum *communicabo*. Cumque dies docere & meliora ferre soleat, subinde mutabitur facies excerptorum hætenus propositorum; quod vel propterea profiteor, ne quis forte turpi lucro inhians ea typis exscribi patiatur; audio enim, MSta mea vel Auditorum meorum nescio quo facto in multorum manus jam pervenisse, iisque tantum non mercatum exerceri. Verum publice denuntio, me ea pro meis nunquam agniturum, sed quamdiu vita supererit, effecturum esse, ne quis multum compendii ex furtiva editione sentiat.

Ut vero persistam & progrediar in hoc instituto, fecit rei utilitas & deficientes in me remora, quæ alios forte premunt. *Invidiam* in me dominari nunquam per DEI gratiam patiar, & pro viribus semper in id annitar sedulo, ut eos, qui opera mei in studiis utuntur, breviori & leviori via ducam, quibus, modo fieri posset, vel unica hora quicquid in me est doctrinæ, communicarem. Et quid mea, discentiumve interest, an subsidia alicujus doctrinæ vel materiæ (modo vera & commoda sint) *ex meo, an ex aliorum* cerebro vel industria proveniant? idem, imo plus effecturum me spero, si digitum intendam in autores thesin aliquam erudite & sufficienter tractantes, quam si eos reticeam, dictatorum multitudine auditores obruam, & omnia mihi tribuendo non modo fallam alios, sed & ne ea integra (cum calamo excipi, nisi in Compendio non possint) satis perpendant, impediam. Quousque in studio Juris progressus sim, ut loquar, opus non est, & hac in re mei ipsius minime benignus judex minoris forte facio meam, si qua est, eruditionem, ac ullus alius. Prædico fidelitatem Præceptoris mei optimi, qui quantum æra lupinis distent, primo statim initio ostendit commodamque studiorum viam monstravit; sed sæpe cursum ipse sufflaminavi, nimis intentus levioribus, in utilioribus segnis. Interim per omne & tria lustrajam excedens tempus, quo Academiis adscriptus vixi seria mihi fuit discendi intentio, & erit nunquam intermoritura. Roboravit eam & excitavit vivendi genus, quod a strepitu & turbis alienus

alienus in informatione juridica jam ultra decennium posui, forte mea contentus, nec officii, nisi quod intentioni studii mei responderet, cupidus Satis itaque mihi fuit, & hucusque superest temporis proposito huic insistendi, quod non immaturum esse persuadet continua hactenus juris tractatio. Neque *id genus laborum* refugio, quin eo præcipue delector, & si quid ingenio vel iudicio desit, id spero supplebit congenita & prope nimis in studiis patientia. *Bibliotheca*, quam possideo nondum satis instructa est, quippe ex singulis libris conquisitis collecta, complectitur tamen libros necessarios, & imprimis quos infra exhibeo, (si ve decem excipias) omnes. Eorum vero copiam *Studiosis omnibus, etiam iis, qui collegia mea non frequentant, lubentissimus facio, utque non dubitent iis proratione instituti, quando cunque libuerit frui, non verbis honoris, sed bonamente publice in vivo; quæ vero nondum ad manus sunt, scripta, ut conquirantur, curæ mihi erit.*

Et ut clarius constet, quid per NOTITIAM AUTORUM intelligam, potest hic conceptus ad tres fere quæstiones reduci: Quinam scripserit, Quid scripserit, & Quomodo scripserit. Prima quæstio, si supponat, plane ignorari, an quis, & quisnam certam materiam tractaverit, consulti possunt JOH. BECHTOLDI *loci communes Lips. 1689. 4to.* MARTINILIPENII *Bibliotheca realis Francof. 1682 fol.* GEORG. DRAUDII *Bibliotheca Classica Francof. 1625. 4to.* ex quibus nomina Autorum de quaque re agentium ma-

ximam

ximam partem addiscuntur. Huc quoq; facere videtur, quæ his nundinis Francofurto affertur *Selecta Bibliotheca Juridica Tripartita Alphabetica. I. Nominalis. II. Realis III. ad librorum & titulorum in Pandectis seriem directa ex Compendio Juris Lauterbachiano collecta. Studgard. 1698. 8vo.*

Desiderantibus vero accuratiorum istorum autorum notitiam, quando ubi & quo fato vixerint, satisficient ii, qui vitas autorum scripsere, puta PAUL. FREHERUS in *Theatro Virorum eruditorum Norimb. 1688. fol.* Et HENNING WITTEN in *Diario Biographico Gedan. 1688.* de quibus vide *Thomasium mense Augusto 1688. p. 247 271.* JANUS NICIUS ERYTHRÆUS (s. Joh. Victor Roscius) in *Pinacotheca imaginum illustrium Lips. 1692. in octavo.* FRIED. JAC. LEIKHERUS in *vitis decem Jctorum Lips. 1686. 8vo.* ANTONIUS TEISSERIUS in *Elogiis ex Thuano excerptis, lingua gallica cum ejus additionibus, Ultraj. 1696. 8vo.* MANTUA & FICHARDUS in *vitis & elogiis Jctorum recentiorum Pat. 1565. 4to.* PAUL. JOVIUS in *vitis & elogiis virorum doctorum inter opera ejusd. Basil. 1578. fol. duobus voluminibus editis, & antea separatim excusis Anwerp. 1556. 8vo.* JOH. ANDR. QVENSTED, de *patriis virorum doctorum Witteb. 169. 4to.* JOH. JACOB. BOISSARDUS in *vitis & effigibus 200. virorum doctorum Franc. 1628. 4to.* Nam quæ postea eodem Autore prodiit *Bibliotheca Chalcographica, iconibus multo locupletior est, sed vitis destituta.* JAC. PHIL. THOMASINUS in *Elog. virorum docto-*

doctorem Patav. 1630. & 1644. 4to MATTH. VINI
 WESENBE CIUS in *Exemplis Jurisprud.* 1665.
 ZEIDLERUS in *Theatro eruditorum.* Collector berger
 Anonymus *vitae selectorum virorum, qui do-* OME
ctrina, dignitate, aut pietate inclaruere, Londini demia
 1681. 4to. & plures alii. Huc spectant, qui vitas Au- Elogi
 torum in certis regnis vel provinciis scripserunt, VER
 ut Gallorum SCEVOLA SAMMARTHANUS 4to E
Jen. 1690. 12mo. Italicorum HIER. GHILINUS in Groni
Theatro virorum litteratorum. Belgarum FRANC. requi
 SWERTIUS in *Athenis Belgicis.* Anw. 168. fol. Bodle
 Germanorum MELCHIOR ADAMI Heidelb. Jacol
 1615. & 1620. 8vo. HENNING WITTEN in me- 12mo.
moria scriptorum renovata Franc. 1676. 8vo. & olim ex edi
 JOH. TRITHEMIUS in *Catalogo virorum illustri-* zevir
strium Germaniae HIER. ZIEGLERUS *de illustr.* BEUC
viris Germaniae, Ingolst. 1562. 4to. JOACHIMUS 12mo.
 JOHANNES MADERUS in *Centuria scriptorum* auctio
insignium. Helmst. 1660. 4to. Polonorum SIMON Lipsie
 STARAVOLSCIUS in *Elogiis centum scriptorum* lumit
Polon. Francof. 1625. & *Venet.* 1627. 4to. Anglo- seqq.
 rum JOH. BALÆUS in *Scriptoribus maioris Bri-* tbec.
tanniae 1548. 4to. J. WARÆI *Scriptores Hiberniae* & P.
Dublin. 1639. 4to. Hispanorum in *Bibliotheca Hi-* qui L
spaniae Francof. 1608. 4to. Porro qui Autores in logia
 certis Academiis & urbibus florentes comprehen- BEU
 dunt, ut DONATICALVI *Scena litteraria Scri-* drant
ptorum Bergomaticorum, ANTON. RICCOBO. ANT
 NI, *Gymnasium Patavinum, Patav.* 1598. in 4to. qui B
 ONUPHR. PANVINII *de urbis Verona Viris do-* Gener
ctrina & bello illustribus. Veron. 1621. 4to. ERASMI runt
 VIN. DOL

TH. VINDINGII *Academia Regia Hafniensis Hafn.*
 ent. 1665. 4to. GOTHOFR. SUEVI *Academia Witte-*
 stor. *bergensis Witteb.* 1655. 4to. MAGNI DANIELIS
 do. OMEISII *Gloria Altdorffiana Altd.* 1683. 4to. *Aca-*
 dine. *demia Lugdunensis virorum Clariss. Icones, vita &*
 Au. *Elogia autore JO. MEURSIO Lugd. Bat.* 1613. 4to
 int. VERNULÆI *Academia Lovaniensis Lova.* 1627.
 US 4to *Effigies & Vita Professorum Grœningensium*
 Sin. *Groning.* 1654. fol. &c. Quid scripserint Autores,
 NC. requirendum ex catalogis Bibliothecarum. v. g.
 fol. *Bodlejana, Oxon.* 1674 fol. *Telleriana Paris.* 1693. fol.
 elb. *Jacobina Lips.* 1693. 8vo. *Heinsiana Lugd. Bat.* 1682.
 ne. 12mo. *Oizeliana Lugd. Bat.* 1692. 12mo. *Tbuanea*
 lim. *ex edit. Job. Quesnel Paris.* 1679. 8vo II. Vol. *El-*
 llu. *zeviriana Amstelodam.* 1681. 12mo. CORNEL. à
 str. BEUGHEM *Bibliographia Amstelod.* 1680. 1685.
 US 12mo. &c. Huc quoque facit collegisse Catalogos
 um. *auctionum celebriores, & universales semestres*
 DN. *Lipsienses. Plura vitarum & Bibliothecarum Vo-*
 um. *lumina habentur in Biblioth. Oizel. P. 2. pag. 114.*
 lo. *seqq. p. 161-170. p. 213-217. p. 249. seq. & in Biblio-*
 ri. *thec. Heinsiana P. 1 pag. 308. seqq. 312. p. 339. seqq.*
 nie. *& P. 2. pag. 19. seqq. p. 58. Omnes verò Autores,*
 Hi. *qui Librorum Catalogos, Bibliothecas, vitas & E-*
 in. *logia Autorum ediderunt, collegit PHILIPP. LAB-*
 en. *BÆUS in Bibliothecâ Bibliothecarum, quam do-*
 ri. *drante auctiorem suppresso priori titulo edidit.*
 O. ANT. TEISSERIUS sub tit. *Catalogus Autorum,*
 to. *qui Bibliothecas, Vitas, &c. scriptis consignarunt.*
 do. *Genev.* 1686. 4to. De Bibliothecis in genere ege-
 MI. runt JOH. LOMEIER *Ultraj.* 1680. 8vo. RU-
 N. DOLF. CAPELLUS *Lectio num Bibliothecaria.*

um memorabilium syntagm. Hamb. 1682. 12mo & pro
 add. *Traité des plus belles Bibliothèques de l'Europe* dictu
pe par Sr. GALLOIX à Paris, 1685. 12mo. autor

Quomodo scripserint Autores, judicia aliorum
 addiscuntur ex THOMÆ POPE BLOUNT *Gene* qua
sura celebriorum autorum Genev. 1694. 4to. & non vitar
 nunquam ex GEORG. MATTHIÆ KÖNIGS *B* liqua
bliotheca veteri & nova Altdorff. 1678. fol. Propt deind
 um vero iudicium formari potest ex lectione *tem* Q
 ipsorum scriptorum, vel excerptorum, quæ suppe *cont*
 ditant *Acta eruditorum Lipsiensia, le Journal de* Subje
Sçavans, Bibliothèque Universelle, Nouvelles de ctati
Republique des Lettres, Thomasi colloquia & m sed m
ditiones menstrua Neocori Bibliotheca novorum Bait p
librorum, & id genus alia, quæ tamen plerumqu men p
 in librorum novorum recensione subsistunt & *ba in*
 rius unum alterumve Juridicum inspergunt. *suspe*

Ad notitiam ergo Autorum non sufficit, *quor*
 enumerato habere eos, qui qua de re scripserunt *tem f*
 neque sat est, nosse, *quando, ubi, quibusve casib* dere
subjecti vixerint; sed requiritur penitior cognitio script
operum, qua intentione, qua methodo, cui usui sit exerc
scripta, quæ contenta potissima, quæ recte vel secin videt
dicta. Hæc opera adhibenda est, non tamen uni *deniq*
 versa in omnibus, sed alia in aliis. Sæpissime fru *detur*
 stra quærimus de intentione scribentium compe *ro, ea*
 dia vel annotata ad Institutiones Justinianicas; fru *bertat*
 stra quærimus de methodo in Voluminibus Con *quem*
 filiorum, Decisionum, Observationum adhibita *puto)*
 frustra quærimus de usu tractatum singulares ma *qui c*
 terias exhibentium; talia enim sponte se insinuam *præju*
 & quid

& prope perpetuo sunt eadem. Id vero & mihi
 dictum esse putabo & agam perpetuo, ut singulos
 autores inspiciendos exhibeam, diversas &
 quæ præferendæ sint, editiones enumerem,
 vitam auctoris saltem remissive attingam, re-
 liqua ejus scripta vel per Indicem recenseam,
 deinde *quodvis opus*, quod præ manibus erit, *reci-
 tem* quoad intentionem, modum tractandi
 contenta potissima, & usum quem præbet.
 Subjungam denique in lectionibus, quid de tra-
 ctatione sentiam; candide id quidem & ingenue
 sed modeste, sepositis felle & aculeis. Satis defer-
 rit pruritus carpendi & insultandi aliis, neq. ta-
 men pœnitet sincere agere cum auditoribus. Ver-
 ba in factum temperabuntur, & aliquando plane
 suspendam judicium, quoties scripta occurrent,
 quorum autores eorumque sectatores dissentien-
 tem ferre non possunt. Ceterum mihi persua-
 dere non possum, illicitam esse judicii nostri de
 scripto aliquo explicationem, cum nec censuram
 exerceam, nec judicem agam, nec ut, quod mihi
 videtur, vim rei judicatæ obtineat, postulem, nec
 denique velim, ut ad nutum meum aliquid emen-
 detur. Dissentio saltem, rationes sententiæ affe-
 ro, eandemque aliis de meo dissensu judicandi li-
 bertatem permitto, reverentia & amore erga
 quemlibet semper salvis. Immerita vero odia (ut
 puto) negligere satis didici. Miseri homines sunt,
 qui credunt, se vel alios, in quorum amorem cæco
 præjudicio rapiuntur, nullibi lapsos esse, qui, ubi,
 & quid melius & cui contradicere cum ratione non

possunt, ostenditur, rident, debacchantur, calu-
 mniantur, conatus aliorum innocentes vano ausu
 suppressere nituntur; hos qua fieri potest, evitare
 cæterum contemnere, & ut sensu suo abundent
 pati par est. Contra rusticum est traducere opi-
 niones aliorum tanquam absurdas, ineptas, insul-
 sas, rationi contrarias; vel etiam duriora afferre
 scuticas, fustes minari, ad scamnum deposcere &
 Ita geruli loquuntur vel inepti pædagogi, sui im-
 potentes, dementes & vecordes homines, stolidi
 ambitiosi, canina invidia abrepti, quorum misere
 ri potius est quam iis irasci, quosque vir prudens
 raro responsione dignatur, quippe data opera &
 omni nisu stupidos, qui ad sanam rationem reduc-
 plane nolunt, non veritatem quærentes, sed fami-
 ex convitiis captantes. Has urticas cavere, & ubi
 incautum semel tetigerint, longius recedere pru-
 dentis est. Comprime enim folium utricæ, quod
 cutem læsit, non lædit quidem amplius fortiter
 attactum, sed pungunt interim vicina folia multo
 majori incommodo. Cedendum est calcibus e-
 quorum similibusve animalium, nec cum luto de-
 certandum, ubi & victoria maculas aspergit. Adde
 quod omnia fieri debeant in amore, qui nec irri-
 tatur, nec irridet. Nec tamen semper improban-
 dum, si quis obtrectatoribus respondeat; sicubi
 enim talia occurrant, quæ absq. periculo negligi
 non possunt, conveniens nodo cuneus applican-
 dus est. Inde vero cautio peti potest, ne causam
 eorum, qui adversarios vel plane non vel non to-
 ties, quoties ab iis impetuntur, responsione exci-
 piunt,

alu- piunt, statim desperatam suspicemur, sed ut dispi-
 auf- ciamus an responsione opus fuerit, & annon ea
 tare forte ex aliis causis præpedita sit; sæpe mors præ-
 ent vertit apologiam, sæpe ratio temporum silentium
 opi postulat, sæpe Superiorum autoritas id imperat,
 sul sæpe alia negotia prohibent controversiæ ferram
 erre reciprocare.

&c Subjiciam nunc, cujus supra mentionem fe-
 im ci, *Sciagraphiam librorum studio Juris necessario-*
 lidi *rum vel utilium*, quibus plenius recitandis & ex-
 ere cerpendis hætenus horas subsæcivas impendi &
 len nunc impendo, eamque juxta diversas studii no-
 a & stri partes, Jurisprudentiam naturalem, Civilem
 due Romanam, Germanicam Feudalem, Ecclesiasti-
 ami cam, Publicam. In singulis notandi sunt 1) *fontes*,
 ub 2) *autores qui subsidia suppeditant*, 3) *Interpretes*
 ru & 4) *applicationem docentes*. Interpretes sunt
 uo vel glossatores & scholiastæ, vel Commentato-
 tite res vel Systematici. Applicationem docent alii
 ulto principiis, cautelis & formulis; alii exemplis, con-
 is e siliis nempe & decisionibus s. rebus judicatis, eam-
 de que tum quoad ipsam causarum decisionem, tum
 dde quoad modum jus persequendi, seu quoad pro-
 irri cessum.

* * *

Juris NATURÆ qua talis, fontem scriptum
 g ligi non habemus; subsidia prodeunt ex vera cogni-
 can- tione Numinis & justa æstimatione tum nostrum
 sam ipsorum, tum rerum naturalium & humanarum,
 to- quo spectat PETRI MOLINÆI *Seelen. Friede*
 xci- *und Gemüths Vergnügung*, Lips. 1685. 12mo.

B 3

&



& DANIEL DYKE *Geheimniß des Selbstbe-
trugs Francof. 1691. 8vo.*

Cum vero Jus Naturæ innotescat ex lumine
rationis, & ratio à principiis procedat ad conclu-
siones, ac conclusiones vicissim examinet juxta
principia, usque dum ad primum aliquod princi-
pium deveniat; in eo principio indagando & the-
sibus inde derivandis laborarunt multi nostro im-
primis seculo, quorum tres antesignani inclaruerunt
HUGO GROTIUS, THOMAS HOBBS & SAMUEL
MUEL à PUFENDORFF. Antiquiores enume-
rantur, licet insufficienter à JOH. EISENHART
*in Repraesentatione Institutionum Juris Naturæ
Helmst. 1654. 1mo.* JOH. FRANC. BUDDÆ
*in Historia Juris Nat. quam Synopsi Juris Nat.
Gent. juxta disciplinam Hebræorum subjecit Ha-
1695. 8vo.* qui iidem, nec non SAMUEL RACHE-
LIUS *in Dissertationib. de Jure Naturæ & Gentium
Kilon. 1666. 4to.* recentiores quosdam recensent
Ad HUG. GROTII opus de *Jure Belli & Paci-*
commentatus est JOHANNES à FELDEN *in an-
notatis in H. G. de J. B. & P. Amstelod. 1653. 12mo.*
cui litem movit THEODORUS GRASWIN-
KELIUS *in Stricturis ad Censuram Job. à Felde-
Amstel. 1654. 12mo.* acrius quam par est, à FELDE-
NO repressus in noviori editione *annotat. ad
Grot. quibus immixtae sunt Responsiones ad Strictu-
ras Graswinckelii Jen. 1663. 12mo.* Post Feldenu-
scripserunt CASPARUS ZIEGLERUS *in Hug-
Grotii de Jure B. & P. Libros notas & animadver-
siones subitarias quarum editio tertiaprodiit Fran-*

of. & Lips. 1686. 8vo. JOH. HENR. BOECLERUS in H. Grot. Ius B. & P. ad illustr. Bar. Boineburg. Commentationem Giess. Hass. 1687. 8vo. JO. ADAMUS OSIANDER Observationes H. Grot. de J. B. & P. Tubing. 1671. 8vo. VALENTINUS VELTHEM Introductionem ad H. Grotii Opus de J. B. & P. cum triplici indice Jen. 1676. 8vo. Volum. III. HENR. HENNIGES Observationes Politicas & Morales in Hug. Grot. Solisbaci 1673. 8vo. SA CHRISTFRIEDUS WÆCHTLERUS Lectiones Grotianas ad Lib. I. Lips. 1680. ad Libri II. partem Witteb. 1682. 12mo.

Opus Grotianum cum animadversionibus & notis suis edidit JOH. GEORG. SIMONIS Jen. 1673. 4to. & læpius JOH. FRID. GRONOVIIUS, novissime Amstelod. 1689. 8vo porro JOH. CHRISTOPH. BECMANUS cum Commentariis variorum Francof. 1691. 4to. GOTHOFR. SPINÆUS cum notis variorum Lugd. Bat. 1696. 4to. JOH. TESMARUS cum notis suis, item Obrechtii, Gronovii, Grotii, Francof. 1696. f. & GUIL. VAN. DER MUELEN cum Commentariis suis & notis J. F. Gronovii Amstelod. 1696. fol. qui in controversiam, an in statu integritatis fuisset Jus Naturæ, incidit cum SIMONE HENR. MUSÆO. vid. MUELEN Dissertatio de Juris Naturæ Origine 1684. MUSÆI vindicias J. Nat. Paradisæi 1686. MUELEN defensionem Dissertationis de O. J. N. Ultraj. 1687. 8vo. MUSÆI Responsonem ad G. V. M. defensionem. Plæn. 1689. 8vo.

Idem Opus in Systema novum redegit JOH.



GEORG. KULPIS in Collegio Grotiano super Jus
 B. & P. in Academia Giessensi XV. Exercitationi-
 bus instituto. Francof. 1682. 4to. In Quæstione
 vero resolverunt JANUS KLENCKIUS in Insti-
 tutionibus Juris Natura Gentium & Publici Am-
 stelod. 1665. 12mo JOH. GEORG. SIMONIS
 Grotio Erotematico Francof. & Lips. 1688. 8vo
 JOH. HENR. SUICERUS in Compendio Grot. Tu-
 gur. 1689. 12mo. & elegantissime PHILIPP. REIN-
 HARDUS VITRIARIUS in Institutionibus Juris
 Natura & Gent. Lugd. Bat. 1692. 8vo. recusis cu-
 BUDDÆI Hal. 1695. 8vo. In tabulas Grotium di-
 gessit post BOECLERUM JOH. PHILIPP. Müll-
 LER Francof. 1664. fol. Nucleum Grotii exhibet
 SCHEFFERUS, edente MARCO DETHLEVI
 FRIESEN Sedin. 1693. 12mo. Introductionem de
 nique ad Opus Grotianum conscripsit frater GU-
 LIELMUS GROTIUS Enchirid. de principiis Ju-
 ris Naturalis cum not. Simonis Jen. 1682. 12mo.
 antea cum notis Gözii Jen. 1669. 12mo.

THOMAS HOBBS in Elementis Philoso-
 phicis de Cive Amstelod. 1669. 12mo. & in Leviatani
 ne 4to. doctrinam moralem novam proposuit
 quam impugnarunt varii in Vita ejus Carolopoli
 1681. 12mo recensiti, puta EISENHART & RA-
 CHELIUS supra allegati, item ROBERTUS
 SCHARROK de Officiis secundum Jus Na-
 ture Gotb. 1667. 12mo. (qui etiam scripsit Legum
 censuras super variis incontinentiæ speciebus Tubing.
 1667. 12mo.) RICHARDUS CUMBERLAND
 Legibus Natura Lubec. 1694. 8vo. (ubi con-

DAN
 stratu
 FRAN
 Juris
 SAM
 Etica
 Co
 VEL
 princ
 pera
 955. f
 BEC
 Fran
 sit H
 St
 de Ju
 dein
 Offic
 tum
 Com
 men
 per
 prin
 BEB
 1676
 duo
 ME
 & i
 ZEL
 din
 nib.
 Da

DANIEL RINGMACHERI *Cumberlandius illustratus s. de lege nat. fundamentali Ulm. 1693. 4to.*

FRANCISCUS JULIUS CHOPIUS *in Philosophia Juris vera de potestate & obligatione Lips. 1650. 4to.*

SAMUEL STRIMESIUS *in Praxiologia Apodictica Frf. 1677. in 4to & alii.*

Contra pro Hobbesio scripsit LAMBERTUS VELTHUYSEN *dissertationem Epistolica[m] de principiis justis & decori, quæ habetur inter ejus Opera Roterod. 1680. 4to. prodeuntia, Tom. 2. pag. 955. favet quoque Hobbesio JOH. CHRISTOPH. BECMANUS in Meditat. Polit. & Polit. parallel. Francof. 1693. 8vo. Eundemque defendere promissit HENRICUS BREDELO.*

SAMUEL à PUFENDORFF *tum in Libris de Jure Naturæ & Gentium Londin. Scan. 1672. 4to. deinde auctis Frf. 1684. 4to tum in Compendio de Officio hominis & Civis Londin. Scan. 1673. 8vo. tum in Elementis Jurisprudentiæ Universalis Hag. Com. 1660. 8vo. Grotium magis explicat, fundamentalem propositionem & capita Juris Naturæ per rationes varias probat novaque aliquando principia addit, quæ impugnarunt VALENT. ALBERTI in Compendio Juris Nat. orthodoxi Lips. 1676. 8vo. & in Erota Lipsico Lips. 1687. 4to. aliisque duobus scriptis an 1688. editis. SAMUEL STRIMESIUS in Originibus Moralibus Francof. 1679. 8vo. & in Epicrisi Francof. 1682. 8vo. JOH. JOACH. ZENTGRAVIUS de Origine, veritate & rectitudine Juris Naturalis Argent. 1678. 8vo. & in Originibus Juris Naturalis vindicatis Argent. 1681. 8vo.*



CAROLUS SCHARSCHMID, NICOLAUS BEGMANUS, VALENTINUS VELTHEMIUS FRIDERICUS GESENIUS sub ascitio *Christiani* *Vigilis* nomine, & alii, quibus respondet PUFENDORFF in *Eride Scandinica Erf.* 1686. 4to. aliisque subsecutis. Ejusdemque Hypothesin illustrat & defendit CHRISTIANUS THOMASIVS in *Institutionibus Jurisprudentiae divinae Hal.* 1694. 4to. & huc collimat JOH. JAC. à RYSSEL *de I. N. & G.* Lips. 1689. 8vo.

Moralia ad Jurisprudentiam exactius applicuerunt FR. JUL. CHOPIUS supra allegatus; JOH. SCHILTERUS in *Philosophia Juris Ien.* 1676 8vo. BENED. WINCKLERUS in *principiis Juris Lips.* 1615 8vo. JOH. CORASIUS & JOACH. HOPPERUS *de arte Juris Colon.* 1582. 8vo. & Anonymus in *Sciagraphia Juris Nat. Ien.* 1679. 8vo.

Quæstionem de Dominio maris contra GROTIUM *Mare Liberum* novioribus Juris B. & P. editionibus Belgicis & editioni *Tes mari* adjectum decidit J. SELDENUS in *mari clauso Amstel.* 1636. 12mo.

Dominium eminens defenderunt JOHANN. CHRIST. BEGMANUS in *meditat. Polit.* supra allegatis & JOH. FRIDER. HORNIUS *de Civitate Traject.* 1664. 12mo. (qui etiam *de subjecto Juris Naturalis* scripsit *Traject.* 1663. 12mo.) Contra impugnavit WILH. LEISERUS in *Dissertatione pro Imperio contra dominium eminens. Witteb.* 1673. 4to. *Tractatus Anonymi de Officiis hominum circa Jus Naturæ Londin.* 1685. 8vo non explicat Jus Naturæ, sed agit de diversis muneribus & dignitatibus.

Juris

Juris DIVINI POSITIVI UNIVERSALIS
fontem veneramus ipsum Codicem Sacrum. Sub-
sidia præbent Exegetæ tum sensum literalem, tum
antiquitates tractantes, quibus non in utiliter jun-
gitur JOH. SELDENUS *de Jure Nat. & Gent. jux-*
ta disciplinam Hebraeorum Lips. & Francof. 1695.
4to EJUSDEMQUE *Uxor Hebraica* ibidem simul
eademque forma edita.

Specialem de hoc Jure tractatum promisit
Kulpis in Colleg. Grot. Exerc. IV. tb. 6. lit. r. ad Lib.
II. Grotii cap. 5. interim hoc plene explicuit *Christ.*
Thomas. in Jurisprud. Divina, contra omnino
negavit *HIERON. BRUCKNERUS in decisioni-*
bus Juris matrimonialis controversi Francof. &
Lips. 1692. 4to.

Corporis Juris ROMANI varias editiones re-
censet *JACOBUS GOTHOFREDUS in manuali*
Juris Genev. 1672. 12mo & SIMON LEEVIUS
de Origine & Progressu Juris Romani Lugd. Bat.
1672. 8vo. Inter vulgatas editiones eminet *GLOS-*
SATA sæpius typis mandata *Paris. & Lugduni.*
De Autoribus Glossæ vid. *JOH. FICHARDI vitas*
recentiorum Ictorum cum M. MANTUÆ tractate
de Viris Illustribus Patav. 1565. 4to. Noricam edi-
tionem produxit *GREGORIUS HALOANDER,*
nempe *Institutiones 8vo & Digesta III. Volum 4to.*
Norib. 1529. Codicem 1530. Novellas 1531. ibid. fol.
Secuta post alias editio *LUD. CHARONDÆ*
Antwerp. apud Plantin. 1575. fol. II. Volum. *DIO-*
NYSII GOTHOFREDI Erf. 1663. 4to. & SIMO-
NIS van LEEUWEN, Amstel. & Lugd. Bat. 1663. fol.

Circa

Circa Jura, ex quibus Corpus concinnatum *Ursini*
 est, hæc habemus: leges Regias illustravit FRAN *libro d*
 CISCUS BALDUINUS *Paris. 1554.* & multi alii *ario v*
 Leges Atticas post alios SAM. PETITUS *Paris*
1635. fol. & JOH. MEURSIUS in *Themide Attic*
Ultraj. 1685. 4to Leges Lacedæmoniorum *NICO*
 CRAGIUS *de Republ. Laced. Lugdun. Bat. 1670. 8vo* am reji
 ex his natas Leges XII. Tabb. FRANC. BALDU *plici L*
 NUS in *Commentariis de LL. XII. Tabb. Basil. 1559* ULRI
 8vo CUNRAD. RITTERSHUSIUS in *Dodeci*
delto Argent. 1616. 4to. JACOB. GOTHOFRE *Jure a*
 DUS in *Fontibus quatuor Juris Civilis Genev. 1655* CHRI
4to. & plures. Formulas stupenda diligentia col *dentia*
 legit BARNABAS BRISSONIUS *de formulis Grego*
solennibus Populi Romani verbis Francof. 1592. 4to SICH
 Legum Catalogum & Explicationem dederunt *PETR*
 PAULUS MERULA in *Antiquitatibus Romanis integr*
Lugd. Bat. 1686. 4to. PAULUS MANUTIUS & GOTE
 ANTON. AUGUSTINUS quos JO. GEORGE *vellas*
 GRÆVIUS inseruit *Thesauro Antiquitatum Rariorum*
manarum Traj. & Lugd. 1694. fol. Separatim venius ve
 scripserunt FRIDER. BRILIMMERUS *Commentu & Jac*
rium ad Legem Cinciam Paris. 1668. 4to. FRAN *Vit*
 CISCUS BALDUINUS *ad Legem Voconiam, Fal*
cidiam, Juliam, Papiam Poppæam, Rhodiam & NICO
Aquiliam. Basil. 1559. 8vo. CLAUDIUS CHIR *recusa*
 FLETIUS *de secundo capite L. Aquilie Parte I. eonibus*
rum quæ de jure. Lugd. 1584. 8vo. ad Legem Scri *BERT*
 boniam JAC. RÆVARDUS in *Operibus Franco*
1601 8vo. Senatus - Consulta explicat ANTON *ta Ar*
 AUGUSTINUS *de Legibus & Scis cum notis Fulv.* TUS *i*
Ursini etiam

Ursini Lugd. 1592. 4to. FRANC. HOTOMANNUS
 libro de Senatu & Scitis, qui insertus est Commen-
 tario verborum Juris Basil. 1558. fol. PAULUS MA-
 NUTIUS Libris II. de legibus & de Senatu, qui ac-
 cesserunt noviori editioni antiquitatum Romana-
 rum Job. Rosini Amstelod. 1685. 4to. Legem Regi-
 am rejicit MARTINUS SCHOOKIUS de quadru-
 plici Lege Regia Francof. 1668. 12mo. cui respondet
 ULRIC. HUBERUS in Digressionibus Justinianeis
 Franequera 1688. 4to. de Edictis Prætorum & toto
 Jure ante-Justiniano imprimis consulendus est
 CHRISTIAN. THOMASIUS in Novis Jurispru-
 dentia Lips. & Hal. 1695. 4to Fragmenta Codicis
 Gregoriani & Hermogeniani cum aliis dedit JOH.
 SICHARDUS Basil. 1528. fol. & si recte memini,
 PETRUS PITHOELUS. Codicem Theodosianum
 integrum cum Commentariis edidit JACOBUS
 GOTHOFREDUS Lugd. 1665. fol. Tomis VI. No-
 vellas Theodosii & successorum Justiniano ante-
 riorum collegit SICHARDUS jam allegatus, ple-
 venius vero CONR. RITTERSHUSIUS Erf. 1615. 8
 & Jac. Gothofredus in Calce Codicis Theodos.
 Vitam Justiniani diversimode describunt PRO-
 COPIUS in *Ανευδότοις*, (quæ primo cum Notis
 NICOLAI ALEMANNI prodierunt Lugd. 1674.
 Recusa *ibid.* 1673. fol. deinde cum *animadversio-
 nibus* JOH. EICHELII Helmst 1654. 4to.) HU-
 BERTUS GIPHANIUS in *Oratione de Imperatore
 Justiniano*, Commentario ad Institutiones subjun-
 cta Argent. 1629. 4to & FRANCISCUS GUINE-
 TUS in *Justiniano Magno* Norib 1669. 12mo. cui
 etiam dicta Giphanii Oratio præmittitur.

Emble-



Emblemata & admissa Triboniani nota
 JOH. JAC. WISSENBACHIUS *Franequ. 1642. 8vo*
 FRANC. HOTOMANNUS *in Anti Tribonia*
Hamburg. 1647. 8vo. PARDULPHUS PRATEJU
in Juris prudentia media Lugd. 1561. 8vo Paraph
in Institutionum græcam dedit THEOPHILU
ex edit. DION. GOTHOFREDI 1587. 4to. & ex a
 CAROLI ANNIBAL. FABROTI *Paris 1654. 4*
 Vitas Consultorum priscorum, imprimis quoru
 in Pandectis extant nomina, suppeditant GUL
 GROTIUS *Lugd. Bat. 1690. 4to* JO. BERTRAN
 DUS *Lugd. Bat. 1675. 8vo.* NICOL. HENELIU
Lips. 1654. 8vo.

Ad novas decisiones Codici repetitæ præ
 ctionis insertas commentati sunt JOH. STRAU
 CHIUS *Gieff. 1676. 4to.* EDMUNDUS MERI
 LIUS *Paris. 1618. 4to.* & PETRUS FRANCISCU
 de LINGLOIS *Antvv. 1623. fol.*

Authenticas Irnerii reprehendit post RITTER
 HUSIUM Conradi Filium, JOHANN. JACOBUS
 WISSENBACH *in Sylloge Errorum Irnerianorum*
 quæ adjecta est *Diatriba de mutuo Franeck. 1668.*
 12mo. Easdem vero defendunt JOH. STRAU
 in *Dissert. Acad. Brunsv. 1662. 4to.* & ALEXANDER
 ARNOLD. PAGENSTECHER *in Sicilimentis*
Compendium Lauterbachianum passim imprimi
 in Manipuli tertii appendice *Colon. 1698. 8vo.*

In Novellis notandæ variæ versiones, puta JU
 LIANI *Epitomatoris ex recensione Petri Pithæi Ba*
sil. 1576. fol. Authentica seu vulgata, & Haloan
 drina. Porro ordo, quem post alios restituit CON
 RITTERSHUSIUS *in Novellarum Expositione Me*

zbodit

zbudica Argent. 1615. 4to. Novum Corpus Βασί-
 λικῶν edidit post alios CAROL, ANNIBAL FA-
 BROTUS Paris. 1647. VII. Tomis eorum *Eclogam*
 seu *Synopsin* JOH. LEUNCLAVIUS Basil. 1575. fol.
 in quam *observationes & emendationes* scripsit
 CAROLUS LABBÆUS Paris. 1606. 8vo. *Juris O-*
rientalis Libros tres ENIMUNDUS BONEFIDI-
 US Paris. 1573 8vo. *Novem vero Libros* JO. LEUN-
 CLAVIUS Erf. 1596 fol. quæ hisce adhuc deerant,
 Constitutiones aliquot *Impp. Græco-Latinas* inte-
 gras & auctiores edidit cum notis CAROL. LAB-
 BÆUS *emendationibus in Synopsin Βασίλειων an-*
nexas Paris. 1606. 8vo. Prostant etiam JOHAN-
 NIS LEUNCLAVII *Paratitlorum libri tres anti-*
qui latini de Græcis facti, eiusdemque Notatorum
Libri duo. Erf. 1593. 8vo.

De usu & autoritate Juris Romani (1.) in *Rebus-*
publ. Christianis scripsit ARTHURUS DUCK Lips.
 1668. 12mo. (2.) in Germania CONRADUS SIN-
 CERUS *dissertationem Epistoliam de Germanic a-*
rum legum veterum & Romani Juris in Republ. no-
stra origine autoritateq; præsentis Lips. 1682. 12mo.
 item HERMANN. CONRING. *de Orig. Jur.*
Germanici Helmst. 1695. 4to. cui rei multum mo-
 menti accedit ex quæstione, an Imperium Roma-
 num translatum sit in Germanos, de qua vid.
 HERMANN. CONRING. *de Germanorum Impe-*
rio Romano Helmst. 1694. 4to. GUIL. van der MUE-
 LEN *Dissert. de ortu & interitu Imperii Romani*
Ultraj. 1698. 8vo. (3.) in Provinciis Belgicis SIMON
 à GROENEWEGEN *de Legibus abrogatis. No-*
viom.

vion. 1664. 4to. PETRUS GUEDELINUS de *Jur* *cujus*
Novissimo Arnhem. 1661. 4to. alii que. Denique Ju *tion*
 Romanum cum juribus variorum locorum con *consc*
 tulit SIMON van LEEUWEN in *Censurâ E* *sertit*
rensi Theoretico-Practica Amstelod. 1685. fol. *bus j*
 HENRICUS GISEBERTUS in *Justiniano harm* *DIO*
nico Lubec. 1670. 4to. *eode*

De methodo docendi & discendi Jus Rom *no G*
 num agitur in variis opusculis XI. *autorum* *cinna*
exercitatione Jure Consultorum, verâ & compen *ab in*
diaria ratione docendi & discendi Jura Argen *pem*
 1554. 8vo. Conf. MATTHÆUS GRIBALDU *gesta*
 MOPHA de methodo & ratione studendi, *Anti*
Lugd. 1556. 12mo. PETRI CORVESII methodic *ROS*
s. de ratione artis Lugd. 1547. 8vo. CHRISTOPH *stelo*
 EHEMIUS de *Jurisprudencia in artem redigen* *riem*
Colon. 1567. 8vo. MATTH. WESENBECIUS *neck*
prolegom. Jurisprudencia de finibus & ratione stu *Rom.*
diorum libris que Juris, & de studio Juris institu *HEN*
endo. Lips. 1584. & 1585. 8vo. HUG. GROTII *1995.*
aliorum dissertationes de studiis instituendis Am *BAB*
stel. 1645. 12mo. ULR. HUBERUS in Dialogo *culis*
ratione docendi & discendi jura Digressionibus an *Rep*
nexo Franek. 1688. 4to. BENED. CARPZO VIL *Glor.*
in methodo de studio Juris recte & feliciter institu *judic*
endo, inserta libello, cui titulus: Manuductio ad *Histo*
Universum Jus Civile & Canonicum Erf. & Lip *VAE*
1677. & 1685. 12mo. & plures alii, quorum ex parte *Veet*
 mentio fit in præfat. Carpz. d. l. *Tra*
 Subsidia Juri Romano addiscendo præstat juxta *GU*
 Jus Naturæ & Gentium cognitionem *Historia* *GU*

cujus institutione & cum Jurisprudencia conjun-
 ctione FRANCISCUS BALDUINUS Libros duos
 conscripsit, reculos *Argentorati 1608. 12mo.* Præ-
 fertim Historia Romana, quam ex XXVII. Auctori-
 bus juxta sex Epochas totidem libris contexuit.
 DIONYSIUS GOTHOFREDUS *Lugd. 1591. 12mo.*
 eodem instituto vastum Opus Historiarum Roma-
 no Germanicarum XII. Voluminibus in fol. con-
 cinnavit JOH. PHILIPP. a VORBURG, in quo
 ab initio reipubl. Romanæ ad extinctam usq; stir-
 pem Carolinam res memorabiles pace belloque
 gestas ex Historicis collectas proponit. Deinde
 Antiquitates Romanæ, quarum corpus edidit JOH.
 ROSINUS recensum cum notis DEMSTERI *Am-
 stelod. 1685. 4to.* quod in Compendium juxta se-
 riem Alphab. digessit FR. HILDEBRAND, *Fra-
 neck. 1694. 12mo.* Conferri possunt *Antiquitates
 Rom. PHILIPPI CAROLI Altenb 1663. 8vo.*
*HENR. KIPPINGI, Brem. 1664. 8vo. & Franck.
 1695. 8vo.* PAULI MERULÆ *Lugd. Bat. 1686. 4to.*
 BARNABAS BRISSONIUS *Libris IV. sæpius re-
 cufis.* PETRI JOSEPHI CANTELI de Romana
 Republ. *Ultraject. 1691. 8vo.* CYRIACI LENTULI
Gloria Romana Marp. 1615. 4to. Separatim vero
 judicia Romana exhibent FRANC. POLETUS in
Historia fori Romani Erf. 1676. 8vo. JAC. RÆ-
 VARDUS in *Protribunalibus & de præjudiciis.
 Vectigalia Romanorum* sistit PET. BURMANNUS
Traject. 1694. 8vo. *Officia domus Augustæ* JAC.
 GUTHERIUS *Lips. 1672. 8vo.* *Jus Sepulturarum idē*
 GUTHERIUS *de Jure Manium Lips. 1671. 8vo. &*

C

JOH.



JOH. KIRCHMANN. *de funeribus Romanorum gent.*
Francof. 1672. 8vo Rem frumentariam VINCECIUS
 TIUS CONTARENUS *de frumentaria Romanorum*
largitione & militari Romanorum stipendiis
Vesal. 1669. 12mo. Servos LAURENTIUS PIGNOR
 RIUS *Amstelod. 1674. 12mo.* Asyla JOH. ADAM
 OSIANDER *in dissertationib. de Asylis Hebraeorum*
Gentilium. Christianor. Tub. 1673. 12mo. & alii a Basil.
 Historiam Juris juxta plures alios justiori labris BA
 tractarunt VALENTINUS FORSTERUS *Libri*
tribus de Historia Juris Mogunt. 1607. 4to. & de *Jug*
ris dictione Romana Helmst. 1610. 8vo. JOH. SIT
 MANN *in Speculo Imperii Romani Stettin. 1661. 8vo.* ALM
 GEORGE BERLINUS *de Origine Juris Wilm. In*
1672. 4to. CHRIST. ADAMUS RUPERTUS *Terpr*
Orig. Jur. Libris tribus. Franck. 1696. 12mo. *vit J*
 etiam facit ÆGID. MENAGIUS *in Amœnitati*
Juris Civilis Paris. 1664. 8vo. RIC.

Lectioñe restituant & terminos explicant cogant
 BUDÆUS, *annotationibus in Pandectas Colon. 1570.*
 8vo. GERARDUS NOODT *in Probab. Juris Lib. A*
Bat. 1691. 4to. ad quæ *Notas* edidit CHRIST. HO
 WÆCHTLERUS *Witteb. 1681. 8vo.* ANTO
 AUGUSTINUS *in emendationibus Heidelb. 1572. 12mo*
 8vo. JACOBUS CUJACIUS *in Observationibus*
Ursell. 1618. 8vo. IDEMq; & JOH. ROBERT
in Controversiarum Libris IX. Marp. 1592. 8vo. *qui e*
 RÆVARDUS *in Conjectaneis. ANTON. FABR. 1663.*
in Conjecturis Juris Civilis Colon. 1615. fol. ULR
 HUBERUS *in Digressionibus Justinianeis Franck. 1618.*
 1688. 4to. JOH. REBHAN *in Hodegeta Juris*

anorigent. 1656. 8vo & ibid. 1675. CHRISTOPH. RICECIUS in *præmess. vindiciarum Iuris Ged.* 1633. 4to.
 omanant. CONTIUS in *lectionibus subsecivis* quæ peninquatuor aliis ejusdem Opusculis junctæ prodierunt *Hanov.* 1614. 8vo. MAR QVARDUS FREDAHERUS in *Verosimilib. s. Parergis Norib.* 1628. 4to.
 aor FRANCO. HOTOMANNUS in *Observationib.* lii a *Basil.* 1571. 8vo. & plures. Huc spectant Lexica Juris abre-
 labris BARNABÆ BRISSONII *Fr.* 1683. fol. JO. CALS LIBVINI *Genev.* 1673. fol. PARDULPHI PRATEJII *de Lugd.* 1567. fol. FRANC. HOTOMANNI *Commententarius verborum Iuris Basil.* 1558. fol. SEBAST. 661. SALMERS *Manuale Iuris Fr.* ad *Viadr.* 1692. 8vo.
 Wiii *Indicem Legum Pandectarum* adjuvanda in-
 TULSTERpretationem confecit, ejusq; usum demonstra-
 no. Ivit JACOBUS LABITTHUS *Lugd. Bat.* 1674. 8vo.
 itati De ipsa interpretatione scripserunt HELFR. UL-
 RIC. HUNNIUS *Giess.* 1615. 12mo. sed multo ele-
 nt gigantius FRANC. HOTOMANNUS in *Iuris Con-*
 lon *sulto Basil.* 1559. 8vo.
 ris Li Ad Institutiones commentati sunt JOACH. LISTHOPPIUS *Fr.* 1694. 4to, qui antea eadem Metho-
 NTO do conscripserat *Examen Institutionum, Fr.* 1693. 1b. 12mo. REINHARDUS BACHOVIVS *Francof.* 1643. 4to. ARNOLDUS VINNIUS *Amstel.* 1655. 4to. WILHELM. LUDWELL *Altdorf.* 1671. 4to.
 rioni qui etiam *Exercitationes Justinianeas* edidit *Altd.* 1663. 4to. HERMANNUS VULTEJUS *Marp.* 1600. 4to. CONRAD. RITTERSHUSIUS *Argent.* 1618. 4to. FRANC. BALDUINVS *Lugd.* 1588. fol. JO. SCHNEI-

SCHNEIDEWINUS *Argent. 1615. fol.* MATTH
 WESENBECIUS *Basil. 1585. fol.* JOACHIM
 MYNSINGER *Helmstad. 1595. fol.* GEOR
 FRANZKIUS *Argent. 1658. 4to.* JOH. SCHILT
 RUS *Lips. 1685. 8vo.* GEORG. SCHULZ *in Syno*
Institutionum Lips. & Magdeb. 1655. 8vo. recusa
notis ADR. BEIERI *Jen. & Witteb. 1672. 4to.* PET
 LIGNEUS *Antw. 1558. 8vo. & prope innumeris*
 In Pandectas post plures alios commentati
 PAULUS BUSIUS *Daventr. 1656. 4to.* JO. BRUN
 NEMANN. *Frif. 1692. fol.* in primam earum pa
 REINH. BÄCHOVIUS *Spir. 1630. 4to.* In Cod
 Libros VII. JO. JACOBUS WISSENBACH. *Frif.*
neck. 1660. 4to. in Libros IIX. HUBERTUS
 PHANIUS *Frif. 1641. 4to.* (cui etiam debemus
Eturas Altorphinas in aliquot titulos ff. & Cod.
1605. 4to.) & JOH. SICHARDUS *Frif. 1614. fol.*
 integrum vero Codicem JO. BRUNNEMA
 NUS *Lips. 1688. fol.* PETRUS GILKEN, *Frif.*
fol. ad Libr. IV. IX. JAC. CUJACIUS *Frif. 1605.*
 & ad tres Libros postremos IDEM *Colon. 1578.*
 In Novellas aliquot Celebriores FRANC. BA
 DUINUS junctim editus cum *summa Joach.*
antiqui Glossatoris *Frif. 1615. 8vo.* & in pleras
 JAC. CUJACIUS *Colon. 1570. 8vo.* Repertori
 vero commentariorum & memorabilium ad Pa
 dectas, Codicem, Novellas, & feudorum Lib
 eorumque voluminum singulas leges vel capi
 protulit SEBASTIANUS NÆVIUS in *Systema*
Selectorum Jus Iustinianum & Feudale concern
rium Francof. 1608. fol. duobus Voluminibus.

Systemata Institutionum enumerari non possunt; frequentiora sunt ULRICI HUBERI *Positiones Lips.* 1685. 8vo. EJUSQ; *Prælectiones ad Instituta Franek.* 1687. 4to. JOH. STRAUCHII *dissertationes Justinianæ Jen.* 1666 4to. quas *Annotaticus Theorico-Præcticus* illustravit CHRISTIAN. THOMASII *Frif. & Lips.* 1683. 4to. JO. BRUNNEMANNI *Exercitationes Justinianæ Frif.* 1678. 4to. GEORG. ADAMISTRUVII *Jurisprudentia Romano-Germanica Forensis Jen.* 1697. 12mo. ad eamque additiones LUDERI MENCKENII *ibid.* eod. 12mo.

Compendia Pandectarum recentiora sunt: JOH. JAC. SCHÜZII *Compendium Lauterbachianum Frif.* 1686. 8vo. JOH. JOACH. SCHÖPFERI *Synopsis Juris Romani & Forensis Frif.* 1692. 8vo. JOH. BRUNNEMANNI *Repetitio Paratitlorum Wesenbecii Frif.* 1681. 8vo. CORNELII van ECK *Principia Juris Ultraj.* 1694. 8vo.

Inter Systemata Pandectarum universalia (licet ita vocare ea, quæ titulorum ordinem non sequuntur, sed totum corp^o novo modo disponunt) eminent HUG. DONELLII *Commentaria Juris Civilis Frif.* 1626. fol. quem enucleavit OSWALD. HILLIGER *adjectis annotatis suis Jen.* 1611. & 1613. *duobus voluminibus 4to.* recusis *Lugd.* 1619. fol. FRANC. CONNANI *Commentaria Juris Civilis Hanov.* 1609. 4to. JOH. ALTHUSII *Dicæologia Francf.* 1618. 4to. & quodammodo HERMANNI VULTEJI *Jurisprudentia Romana Marp.* 1610. 8vo.



Systemata ad ordinem titulorum concinnata
 præcipua sunt: LÜDERI MENCKENII *Tabula ad. I*
Pandectarum Lips. 1696. fol. JOH. SCHILTBETUR
Praxis Juris Romani in Foro Germanico sive Essenbecii
citationes ad Pandectas Ien. 1684. II. Vol. NII G
 nunc prelo redditæ multo auctiores Ien. 1698. licuit
 JUSTI MEIERI *Collegium Juris Argentoratnavit*
Argent. 1657. III. Volum. 4to. GEORG. ADA DÖRE
 STRUVII *Syntagma Juris Civilis Ien. 1692. Lipsie*
 cujus pars prior cum additionibus Mülleri prolerum
 Norib 1692. 4to. GEORG. FRANZKII *Comme BAC*
tarius in XXI. Libros Pandectarum priores Arg HEL
 1644. 4to. ULRICI HVBERI *Prælectiones adnes L*
gesta Franck. 1689. & 1690. 4to. JOACHBUS P
 SCHNOBELII *Dissertationes ad Pandectas, Sy*
 sub titulo *Harmonia Struvio-Schnobeliana PERI*
 notis ADRIANI BEIERI prodierunt Ien. 16 CON
 4to. deinde *observationibus Grotianis Paralltus.*
aucta per SCHULZIUM Gedani 1693. 4to. BRV
 ORG. ENGELBRECHT *Compendium Juris Codic*
dentia secundum ordinem digestorum concinnat Qu
Helmstad. 1697. 4to. &c. Olim vero prima Gloverut
 tribuebatur MATTHÆI WESENBECCII *Pa Que*
ritlis s. Commentariis in Pandectas Colon. 1630. FRA
 & HIERONYMI TREVTLERI *Disputationi PET*
ad Jus Civile Marp. 1622. 4to. WESENBECCII *tutio*
cum notis VINNII, BACHOVII. & CHRIS PHI
 NÆI *prodiit Amstelod. 1665. 4to in Eumque Co ratic*
 mentaria scripsit JOH. RICHARDUS MALO C
 MESIUS *Francos. 1668. 4to. & Observata Theo SEN*
rico-Practica HENR. HAHNIUS tam in We rior a

cinnecii Commentarios quam in Bachovii notas Helm-
 Tabst. ad. 1650. 4to ibid. 1668. & Colon. 1675. fol. ha-
 LThbetur etiam JOH. STEENBERGII collegium We-
 e Esenbecianum cum supplemento FRANC. F. N. JU-
 fol. NII Groning. 1658. 4to sed hoc inspicere nondum
 198. licuit. Errores vero Wesenbecii attente exami-
 ratiavit BARTHOL. LEONHARD SVENDEN-
 AD DÖRFFER XLIII. Exercitationibus in Academia
 92. Lipsiensi Anno 1669. 1691. ventilatis. Ad Treu-
 proterum notas & animadversiones scripsit REINH.
 omni BACHOVIVS Colon. 1658. & ibid. 1688. 4to. &
 Arg HELFRICUS ULRICUS HUNNIUS Resolutio-
 nes adnes Disputationem Treutleri Francf. 1617. 4to. tri-
 CHbus prægrandibus Voluminibus.
 as, Systema Codicis optimum dedit ANTONIUS
 na PEREZ Amstelodam. 1653. fol. Novellarum vero
 n. 16. CONRADUS RITTERSHUSIUS supra allega-
 ar alltus. Compendium Codicis suppeditat JOH.
 to. BRVNNEMANNVS sub tit. memoriale legum
 uris Codicis Erf. 1683. 12mo.
 inna Quæstiones & loca difficiliora ex Institut. resol-
 a Gloverunt ARNOLDVS VINNIUS in selectis Juris
 II Pa. Quæstionibus Roterodam. 1685. 12mo. GEORG.
 630. FRANZKIUS in Exercitationibus Jen. 1663. 12mo.
 tioni PETRVS de GREVE in Dissertationibus ad Insti-
 BECI tutionum loca difficiliora Noviomag. 1668. 12mo.
 IRIS PHILIPP. HENRICVS HOENONIVS in Dispu-
 ie Co. tationibus ad Jus Civile Herborn. 1614. 8vo.
 ALC Controversias ex digestis JOH. JAC. WIS-
 Theo SENBACH in Exercitationibus sive Commenta-
 We. rio ad Pandectas Franck. 1661. 4to. & Lips. 1673
 61



4to. PETRUS de GREVE in *Exercitationibus Lugd. Pandectarum loca difficiliora Noviomag.* 1660. 8o Crimi
& plures alii.

Applicationem Jurisprudentiæ Romanæ ad Calgantii
in Romana Republ. obvenientes per celebriat. fis cu
rum judicatarum exempla ostendit PETRUS AORU
RODIUS in *Pandectis rerum judicatarum Gene Biblio*
1677. fol. ad casus hodiernos vero JO. à SANDE mos c
Decisionibus Friscis Arnhem. 1688. 4to. JO. BRU phori
NEMANN, in *decisionum Centuriis quinque E & HI*
1688. 4to. DAVID MEVIUS in *Decisionibus E decre*
1675. fol. ANDREAS GALLIUS in *Observatio NUS*
bus Antw. 1653. (in quas *adversaria* scripsit G. STO.
THOFREDUS ANTONI Marpurg. 1629.) JO. 8vo.
CHIMUS MYNSINGER. *Centuriis sex Observa Su*
tionum Cameralium Witteb. 1615. 4to. in quae rio s
notata conscripsit WEIPERTUS LUDOVIC 1677
FABRICIUS Erf. 1669. 4to. hucreferri posse tu R
GEORG. FRANZKII *variarum Resolutionum* 1687.
bri duo Gotb. & Ien. 1657. 4to & *Liber tertius Go de su*
1655. 4to. SIGISMUNDI FINCKELTHAUS *O cra l*
servationes Practicæ Lips. 1676. 4to. alii que, stica
quibus ERICUS MAURITIUS *introd. ad Pra Hist*
Forenses, quæ annexa est Io. Fuchsi *Intr ductio De c*
ad Praxin Erf. 1696. 4to. GUS

Cautelas Contractuum, actionum & proce I
sus scripsit SAMUEL STRYKIUS, à qu run
Illustri autore etiam *cautelae testamentarias Arg*
pectamus. add. JOH. DILECTI DURANT JOH
de arte testandi & cautelis ultimarum voluntat Jur

Lugd pri

us *Lugd.* 1556. 8vo. JUSTI OLDEKOP *Cautelarum*
 o 8o *Criminalium Sylloge practica Brunsvig.* 1633. 8vo.

Juris CANONICI corpus sæpius prodiit ele-
 gantius vero *cum glossis Paris.* 1601. fol. & absq. glos-
 ris *cum notis PETRI & FRANCISCI PITHOE-*
 IS *MORUM Paris.* 1684. fol. recusum *Lips.* 1695. fol.

Gene *Bibliothecam Iuris Canonici veteris in duos To-*
 IDE *mos distributam ex Codicibus Bibliotheca Christo-*
 RU *phori Iustelli exhibent GUILIELMUS VOELLUS*

ve F & HENR. JUSTELLUS *Paris.* 1661 fol. *Antiquas*
 es E *decretalium Collectione ANTONIUS AUGUSTI-*
 atio *NUS Paris.* 1621. fol. *Conciliorum summam CHRI-*

t G *STOPH. BARTHOLOM. CARANZA Duac.* 1679
) JO 8vo.

serv. Subsidia præbent HUGO GROTIUS *de Impe-*
 aasa *rio summarum Potestatum circa sacra Amstelod.*
 VICI 1677. 12mo. SAMUEL à PUFENDORFF *de babi-*
 posse *tu Religionis Christiane ad vitam Civilem Brem.*
 um 1687. 4to. & quodammodo HENR. HENNIGES

r Go *de summa Imperatoris Romani potestate circa sa-*
 IS *cra Norib.* 1676. 8vo. Imprimis *Historia Ecclesia-*
 ue, *stica, ubi studio Juris fere sufficit Compendium*

Prax *Historiæ Ecclesiasticæ Gothanum Francf.* 1689. 8vo.
 luctu *De emendatione Gratiani scripsit ANTON. AU-*
 GUSTINUS *Duisburg.* 1676. 8vo.

proc. *Differentias Iuris Civilis & Canonici college-*
 à q *runt CONR. RITTERSHUSIUS Libris Septem*
 rias *Argent.* 1668. 4to. cui editioni inter alia accedit.

ANT *JOH. EMERIC. à ROSBACH de comparatione*
 ntat *Iuris Civilis & Canonici. Aliam collectionem*
 Lug *primum à Christoph. Wegnero propositam, deinde*



Cura HENR. HAHNII aliquoties recusam non
 suis auxit & *Institutionibus Juris Canonici* au-
 didit JOH. SCHILTERUS *Argent.* 1688. 8vo
 Commentarius Decretalium optimus inter scrip-
 Pontificia prodiit Autore EMANUELE GONZA-
 LEZ TELLEZ *Frf.* 1690. V. *Tomis fol.* frequen-
 tantur etiam ANDREÆ VALLENSIS *Jus Can-*
nicum Colon. 1651. 4to. & HENRICI ZOES-
 Commentarius in *Decretales Colon.* 1657. 4to. In
 stitutiones Juris Canonici à P. Lancelloto confec-
 ptas explicuit & arcana Hierarchiæ Romanæ ma-
 gnam partem detexit CASPAR. ZIEGLERUS
Witteb. 1696. 4to. Jus nostrum Ecclesiasticum
 Systēmate exhibent JOH. SCHILTERUS in *In-*
stitutionibus Juris Canonici Argentorati 1688. 8vo
 JOH. BRUNNEMANNUS *de Jure Ecclesiasti-*
cum notis Stryckii Francf. & Lips. 1686. 4to. & BR-
 NEDICTUS CARPZOVIVS in *Definitionibus*
Consistorialibus Lips. 1695 fol. Qui hanc Jurispru-
 dentiaē partem ad usum applicuerunt & rebus ju-
 dicatis confirmarunt. *Carpzovii* hypotheses con-
 tra *Johann. Brunnemannum* nuper propugnatae
 WILH. ERNEST. SCHMIDIUS in *trutina de*
Erinarum Brunneman. Jen. 1697. 4to. castigata
 à JACOBO BRUNNEMANNO *Witteb.* 1699
 4to.

Juris GERMANICI antiqui Fontes college-
 runt FRIDERICUS LINDENBROGIUS in *Co-*
dice Legum Antiquarum Francof. 1613. fol. STE-
 PHANUS BALUZIUS in *Capitularibus Regni*
Francorum Paris. 1677. duobus Tomis fol. MEL-

CHIO

CHIOR GOLDASTVS in *Collectione constitutionum Imperialium Francof.* 1673. tribus Tomis fol. & in *denen Reichsstatuten Hanov.* 1609. Tomis duobus. fol. *Leges Salicas illustravit, earumque natale solum demonstravit* GOTTEFRIDVS WENDELINUS *Anrw.* 1649. fol. *Speculum Svevicum, sive Käyserlich und Königlich Land- und Lehnrecht* prodiit per SEBAST. MEICHSNERUM *Francof.* 1576. fol. *Speculum Saxonicum* sæpius editum est, imprimis cum additionibus CHRISTOPH. ZOBELII *Lips.* 1583. fol.

Subsidia præbet CONRINGIVS *de Origine Juris German.* CONRADVS SINCERVS *de Germanicarum Legum veterum origine & autoritate præsentis* uterque supra allegatus. CHRISTOPH. LEHMANNI *Chronicon Spirense Francof.* 1612. fol. quod nunc multo auctius prodiit. Item Scriptores Rerum Germanicarum vetustà MELCHIORE GOLDASTO, CHRISTOPHORO URSTISIO, JOH. PISTORIO, MARQUARDO FREHERO, JUSTO REUBERO, SIMONE SCHARDIO, ERPOLDO LINDENBROGIO, PETRO PITHOEO, HENR. MEIBOMIO aliisque collecti, de quibus prolixius MICHAEL HERZIUS in *Bibliotheca Germanica Erff.* 1679. fol.

Huc faciunt CAROLI du FRESNE *Glossarium mediæ & infimæ latinitatis Francof.* 1681 fol. WENDELINI *Glossarium Salicum vocum Advocaticarum Legibus Salicis adjectum.* Item *Glossaria*

ria FRANC. PITHOEI *ad Legem Salicam & Capitularia* (in Baluzii editione *Capitularium*) *Glossarium Codici Lindenbrogii* adjectum; quae etiam propediem edendum promittit JO. SCHILTERUS. Communiter huc etiam facere credunt PAULI MATTHIÆ WEHNERI *observationes practicae Francf.* 1674. 4to. JOH. JAGOB. SPEDLII *Speculum Jurid. Politicum Norib.* 1683. fol. continuatum à CHRISTOPH. LUDOVICO DIETHERRO cum appendice AHASVERI FRISCHII *ibid.* 1686. fol. CHRISTOPH. BESOLDII *Tbesaurus Practicus à DIETHERRO* continuatus Norib. 1679. fol.

Qui Jus Germanicum in Systema redegerit, non succurrit; indices vero exhibuere, qui *Differencias Juris Civilis & Saxonici communis* ediderunt nempe LUDOVICUS FACHSIUS & BENEDICTUS REINHARDUS *Ien.* 1598. 8vo. CHRISTOPH. ZOBELIUS *Ien.* 1610. 4to. & lingua Germanica GEORG. SCHWARTZKOPFF *Helmsstad.* 1586. 8vo.

Commentarii loco erunt JOH. SCHILTERI *Exercitationes* supra allatae, quibus aliquo modo addi potest JUSTUS GEORG. SCHOTTELIUS *de singularibus quibusdam & antiquis in Germania Juribus & observatis maximam partem ad usitatis Francof. & Lips.* 8vo. Applicationes quoque ad decisionem causarum suppeditat MATTHIAS COLERUS *in decisionibus Germanicis Lips.* 1631. 4to. Quoad processum vero HENRICUS GISEBERTUS *in periculo statutorum*

Harm

*Harmonia Practica Lubec. 1652. 4to. & Processui-
sta Saxonici veteres.*

Hodiernum Jus Germanicum constat *Recessi-
bus Imperii Mogunt. 1692. fol. & Juribus Provin-
cialibus, quorum potiora sunt Jus Saxonicum Ele-
ctorale Dresd. 1673. fol. Jus Württembergicum, Scut-
gard. 1653. 12mo. Jus Palatino-Bavaricum Amberg.
1606. fol. & Jus Lubecense.* Ad constitutiones
Saxonicas commentatus est DANIEL MOLLE-
RUS *Lips. 1612. fol.* & BENEDICTUS CARPZO-
VIUS in *Definitionibus Forensibus Lips. 1694. fol.*
in quas notas edidit GOSWINUS ab ESBACH
Francof. 1676. 4to. Ad novas decisiones JOH.
PHILIPPI in *Observationibus Juris practicis ex de-
cisionibus Saxon. Lips. 1694. 4to.* Ad Ordinationem
Processus CASPAR ZIEGLERUS *Lips. 1691.* LU-
DOVICUS GÜNTHERUS MARTINI *Dresd.
1694. fol.* JOH. PHILIPPI in *Considerationibus
Juridicis in Ordinat. Process. Lips. 1674. 4to.* BE-
NEDICTUS CARPZOVIUS in *Processu Juris Fori
Saxonici Jen. 1663. fol.* JOH. GEORG. NICOLAI
Jen. 1697. 4to. BARTHOL. LEONH. SVEN-
DENDÖRFFERUS in *Processu Fibigiano Lips. 1691.
4to.*

Processum in genere explicuerunt GEORG.
SCHULZE in *Synopsi Judiciaria Jen. 1665. 8vo.*
JO. BRUNNEMANN *de processu civili & crimi-
nali Witteb. 1672. 4to.* ANTON. MATTHÆI *de
Judiciis, Disp. XVII. Ultraj. 1645. 12mo.* HER-
MANNUS VULTEJUS *de Judiciis Libris qua-
tuor, Cassel. 1654. 4to.* ILICO UMMIUS in *Dis-*

puta.



putationibus ad Processum Iudiciarium Bre
 1658. 4to CHRISTOPH. LANGE *Ifagoge ad Pro* ro Di
cess. Fr. 1682. 4to. JOH. FUCHSIUS *Introductio* FRID
ad Praxin Forenssem Francof. 1696. 4to SAMUEL US A
 STRYKE *Introductione ad praxin Erf.* 1691. 4to In q
 & in Collegio ad dictam Introductionem Erf. 169 in Ex.
 4to. ubi cap. 1. de autoribus processum delineant RAD
 bus professa opera agit, Feud.

In Jus *Wurtembergicum* disputationes edierunt:
 JOH. JACOB. PLEBSI. *Tubing.* 1614. 4to. CHR Hal. 1
 STOPH. BESOLDUS *Tubing.* 1662. 4to. allegata ju
 tur etiam WOLFG. ADAM LAUTERBACH RUS
Disputationes ad Jus Wurtemberg. *Tubing.* 1668vo. 1
 4to. an diversæ à Disputationibus Besoldi, no Feud.
 dum assero. WEL

Jus *Lubecense* Commentario illustravit DAVI & tra
 MEVIUS *Erf.* 1679. fol. Consuetudines Elect Sy
 ratus & Marchiæ *Brandenburgensis* JOACHIMU DAM
 SCHEPLIZ *Lips.* 1617. fol. Consuetudines Lun 1677.
burgenses HARDEWIGUS à DASSEL *Erf.* 160 tum f
 4to. &c. VUL

Juris FEUDALIS Germanici Fontes lucule NUS
 ro Commentario illustratos cum antiquis Long HUL
 bardorum Compilationibus exhibet JO. SCHIL Gieff
 TERUS in *Codice Juris Alemannici feudalis* GIPE
gent. 1696. 4to. 1666.

Ad Jus Longobardicum feudale commenta ris Fe
 sunt FRANCISCUS HOTOMANNUS LUG SIGI
 1573. fol. qui Commentario suo *Disputationes* versi
de Jure Feudali præmisit, (ejusmodi *Lexicon Fe* 1680
dale metodo Juris Feudalis junctum exhibet JO Ju

RUDIN

- BREU **RUDINGERUS** *Argent. 1608. 8vo.*) subjunxit ve-
 d. Pr **ro Dictionarium verborum Feudalium**; deinde **JO.**
 Fric **FRIDER. RHEZ** *Erff. 1673. 4to.* **CASP. BITSCHI-**
 1UE **US** *Argent. 1673. 4to.*
 1. 4 In quaestiones resolverunt **SAMUEL STRYCKE:**
 169 *in Examine Juris Feudalis* *Erff. 1685. 12mo.* & **CON-**
 can **RAD. RITTERSHUSIUS** *in partitionibus Juris*
Feudalis *Marp. 1615. 8vo.* Alia compendia dede-
 edi runt: **JAC. RITTERUS** *Lucubrationes feudales*
 HR *Hal. 1667. 12mo.* **HENR. COCCEJUS** *Hypomnema-*
 egat *ta Juris Feudalis* *Erff. 1693. 12mo.* **JOH. SCHILTE-**
 CH **RUS** *Introductionem ad Jus Feudale* *Argent. 1695.*
 166 *8vo.* **LIBORIUS HATTYSERUS** *Analysin Juris*
 110 *Feudal.* *August. Treboc. 1608. 12mo.* **WILH. LUD-**
 W **WELL** *Synopsin Juris feudalis* *Altdorff. 1653. 8vo*
 AVI *& tractatus feudales tres* *ibid. 1665. 8vo.*
 lect Systemata majora suppeditant: **GEORG. A-**
 MU **DAM STRUVIUS** *Syntagma Juris Feudalis* *Jen.*
 Lun *1677. 4to.* **LUDOLPHUS SCHRADERUS** *Tracta-*
 160 *tum feudalem* *Francof. 1694. fol.* **HERMANNUS**
 V **VULTEJUS** *Marp. 1609. 8vo.* **PETRUS GUDELI-**
 NUS *Lovan. 1663. 4to.* Materias selectiores tractat
 ongl **HULDERICUS EYBEN** *in Electis Juris Feudalis*
 Hill *Gieff. 1669. 4to.* Controversias vero **HUBERTUS**
 is A **GIPHANIUS** *in Antinomiis Juris Feudalis* *Francof.*
 1666. 4to. & **JOH. RUDINGER** *in difficillimis Ju-*
 enta *ris Feudalis Controversiis* *Argent. 1608. 8vo.* item
 Lu **SIGISMUNDUS FINCKELTHAUS** *in Contro-*
 ione *versis Feudal. illustribus cum notis Norici Lips.*
 2 Fe *1680. 4to.*
 et JO **Jus Feudale Saxonicum tetigit** **JOH. SCHNEI-**
 DIN **DE-**

DEWINUS in *Epitome Usus Feudorum Han.* 1687. 8vo. & GEORG. SCHULZ in *Synopsi Juris Feudalis Witteb.* 1631. 12mo

De Feudis Geldricis scripsit FRIDERICUS SANDE *Arnhem.* 1658. 4to. Observationes Feudales Selectas sistit GEORG. EGIDIUS à SICHENHAUSEN *Norib.* 1689. 8vo.

Jus PUBLICUM universale exhibet ULRICUS HUBERUS de *Jure Civitatis Franck.* 1694. 4to. ejus diplomata collegit GODEFRIDUS GVILLIEMUS ELMUS LEIBNITIUS in *Codice Juris Gentium diplomatico Hannover.* 1693. fol.

Jus singulorum Regnorum Europæorum exhibet JACOBUS HAGEMEIERUS in *Epistolis XII. Jus Publici Europæi Francof.* 1686. 4to. Subsidia Juris publici Rom. German. commonstrat SAMUEL RACHELIUS *Introductione ad Jus Publicum Amstelod.* 1680. 12mo. Principia interpretandi sequitur SEVERINUS de MONZAMBANO de statu Imperii Germanici à multis hætenus oppugnatus & defensus. Compendia proposuerunt JOH. FRIDERICUS RHEZ *Institutiones Juris publici*, quibus addidit fontes: Auream Bullam Instrumentum Pacis Westphalicæ, Capitulationem. *Francf.* 1683. 8vo. HENR. COCCEJUS *Jus publici prudentiam Francof.* 1695. 8vo. JO. SCHILLERUS *Institutiones Juris Publ. Romano-Germanici Argent.* 1696. 8vo.

Ad AUREAM BULLAM scripsere MARTINUS RUMELINUS *Tubing.* 1655. 4to. JOHANNES LIMNÆUS *Argent.* 1662. 4to. JOH. VOLCKERUS

- MAR BECHMANN *Exercitationes Exotericæ*
Jen. 1670. 4to. & Commentationem Jen. 1679. 4to.
 Ejus Autographa cum Observatis repræsentat
 HENR. GÜNTHERUS THÜLEMARIUS *de bulla*
aurea, argentea, plumbea & cerea Francof. & Spi-
re 1687. 4to. qui tractatus nunc locupletior prodit
in fol. Epitomen A. B. methodicam publicavit JOH.
 OTTO TABOR 1691. 4to.
 Ad Instrumentum Pacis Westphalicæ PHILIP-
 PUS ANDREAS BURGOLDENSIS *Freistad.*
1669. 4to. ad idem, & Pacis Neomagicæ & armisti-
ii Ratisbonensis JACOBUS OTTO *Lips. & Ulm.*
1697. 8vo. Historiam pacis Westphalicæ prosecu-
tus est T. PFANNER *Gotb. 1697. 8vo.*
 Ad Capitulationes commentati sunt JOHAN.
 LIMNÆUS *Argent. 1658. 4to. & BENED. CARP-*
licus ZOVIVS *in Lege Regia Germanorum Erf. & Lips.*
1695. fol. Ad Capitulationem Jolephinam Anno-
 amenta edidit AHASV. FRITSCHIUS *Lips. 1691.*
4to. & Harmoniam Capitulationum cum præno-
randis necessariis exhibuit JOH. CHRISTIANUS
 MÜLDNERUS *Hal. 1697. 4to.*
 De Comitibus Imperii egerunt DOMINICUS
 ARUMÆUS *Jen. 1630. 4to. & ONUPHRIUS*
 ANVINIUS *Argent. 1613. 8vo.*
 Qui majores Juris publici Commentarios desi-
 derant, adire poterunt JOH. LIMNÆI *Jus Pu-*
licum Argent. 1657. qui inque tomis, quod enuclea-
 um edidit PHILIPPUS ANDREAS OLDEN-
 BURGER sub titulo *Limnai enucleati Genev. 1670.*
 JUSTI SINOLD SCHÜZEN *Collegium Pu-*
 blicum

blicum de statu Rei Romane cum notis CAROLUS SCHARSCHMIDII *Frf. 1683. 4to.* CHRISTIANUS RADNUM GASTELIUM *de statu publico Europae visimo Norib. 1675. fol.* JACOBI BERNHARDI MULZ *Representationem Majestatis Imperatoris Oeting. 1690 fol.* Specialiora debimus alii, & dedit Illustris DN. ab HELLDORFF in *Idea Juris prudentiae illustris Tab. ult.*

* *

Nolo vero putari, quasi soli hi sint, qui juris partes illustrarunt; sed plures occurrunt, data occasione privatim enumerabo. v. g. in controversia de dominio maris allegavi Grotium Seldenum, interim in recitatione ipsorum affertur etiam PETRUS BAPTISTA BURGUS de dominio Genuensis Reip. in mari Ligustico Rom. 4to. JOH. LOCCENIUS & MART. SCHIJKIUS *Jur. & Imper. Maritim. Amstelod. 1669.* JOH. STRAUCH. *Diss. Academ. de imperio* G. J. LEIKHER *descript. domini maritimi D. 12mo. 1683.* THEODORUS GRASWINKEL *Maris liberi vindictis contra Burgum Hag. 4to. & contra Velvodum Hag. 1653. 4to.* PAULUS MERULA *de maribus Lugd. Bat. 1654. 24to.* LII PACII, JACOBI GOTHOFREDI & ALIORUM *Dissertationes de imperio Maris Franciae 1663. 12mo.*

Ita de legibus Atticis autores duos attuli, M. Scaevola & Petrus. Obiter vero accedent PARDUS & PHILIPPUS PRATEJUS *Juris prudentia Verus s. C.*

ARC. *en LL. Draconis & Solonis Lugd. 1559. 8vo.* CON-
 IST. RADIRITTERSHUSII *collatio actionum Attica-*
rum & Romanarum subnexa Commentario ad In-
 HA. *stit. Argent. 1618. 4to.* DESID. HERALDI *questiones*
 rati. *& observationes in Jus Atticum & Romanum Pa-*
 a Ju. *ris. 650. fol.* CHRISTIANI WOLDENBERGII
Principia Juris Romani, i. e. leges Draconis, Solonis
Rostoch. 1668. 4to. & alii. Interim plerumque
 notavi Scriptores potiores, qui fecerunt, ut rei-
 i di. quis fere carere possimus; non tamen abnuo, forte
 nt, reperiri aliquando, qui præ allatis commendand^o
 in. sit; nec enim omnes, quotquot huc faciunt, ob-
 stitu. tinere vel evolvere hucusque licuit, neque erudi-
 affe. tis hanc operam destinavi, sed studiosis. Qui si hæc
 S de. perspexerint, facile supplebunt quod ad perfectio-
 m. rem autorum Juris notitiam adhuc deest. Et sup-
 CH. plebo ipse, si DEO ita placuerit.

69. Editiones denique eas hic allegavi, quæ ad ma-
 rion. nus fuerunt, sedulo vero notabo potiores alias, &
 i. D. quæ locupletiores vel correctæ magis habentur. I-
 KEL. ta Labbitthi index editus est cum notis Smuccii:
 ag. Menagii Amœnitates bina vice auctiores prodie-
 AU. runt, post Parisiensem, quam allegavi, editionem.
 410. Sandii decisiones Coloniae impressæ sunt, cum
 e. Al. additionibus Burgeri: Kirchmanni de funeri-
 m. bus & annulis tractatus figuris æneis exornati,
 & posterior cum augmento prælo redditi sunt.
 i, M. Editiones Wesenbecii Colonienfes castratæ
 RD. & multo deteriores Basileensibus. Ita passim ha-
 C. Co. bebemus noviores editiones Dissertationum Strau-
 chii ad Jus Justin. Zangeri de exceptionibus,

Rittershusii ad Novellas, Operum Cujacii &c. ejusmodi observationes, quales quotidie ad colligo, ipsis lectionibus reservo.

Et ut specimen futuri laboris habeat B.L. vii fuit nonnullos Autores hic annectere. Tot vero laborem rectius sentientium iudicio sub-
Differ
sine
L
 to, idque si quid ad rem faciat, ut communis dignentur, docenter rogo. Imprimis vero quibet perspicit, commune nihil habere hoc institutum meum cum laboribus laudatissimis eorum qui scripta & acta Reipubl. Litterariae orbi erudite exhibent, neque enim ultra libros juridicos, juris arti inservientes progredior, neque recentiores propono, sed plerumque dudum editos, ne omnes recito, sed eos tantum, qui studio Juris prae aliis inserviunt, vel inservire vulgo creduntur.



hujus
 255. -
 autore
 in M
 Martii
 In
 probat
 primis
 petenc
 servat
 Sci
 mund
 & ver
 Hi
 incre

I.
Dissertatio de Principiis Justitiae & Decori, continens Apologiam pro Tractatu Clarissimi Hobbii de Cive. Amstelodam.

1651. 12mo.

DIu incertus fuit orbis eruditus, cui nam; auctori hoc opusculum sit tribuendum, donec LAMBERTUS VELTHUYSEN Medicus Ultrajectinus in *Operum suorum universonum editione Roterod. 1680. 4to.* ingeniosi huius foetus patrem se profiteretur *Tom. II. p. 755. - 1012.* integrum hoc scriptum exhibens. De auctore & hisce operibus, pluribus egit *Thomas. in Monatl. Gedancfen anni 1688. mens. Martio p. 343. 353.*

In dissertatione praesenti negat auctor, se omnia probare, quae ab Hobbesio dicta sunt, id vero imprimis defendit: Originem legum moralium repetendam esse à lege fundamentali, quae est *conservatio sui ipsius.*

Scilicet postulat: DEUM esse; Eundem creasse mundum in sapientia; Eundem virtutes justitiae & veritatis exercere velle in mundi regimine.

Hinc deducit sequentia porismata: (1) Deum in creando mundo finem sibi proposuisse, quia sa-

pienter agere sit dirigere media ad finem. (2) Media in se habere debere aptitudinem ad finis consecutionem (3.) hominem non impune laturum si deviet ab illo ordine, quem DEUS vult observari in consecutione finis. Et præmio afficiendum quod vitam instituit juxta ordinem præscriptum.

Ex hisce iterum colligit: (1) formam virtutis non petendam ex notitionibus communibus, neque ex utilitate inde resultante (quoad probatur 963) sed ex ratione ipsa, cujus nova ratio quaerenda non sit, quia tunc res in infinitum abiret. Et ita virtutem consideratam fuisse in statu integro. Sed nunc post lapsum interesse hominis virtutem sectari, sibi paret commoda & vitet incommoda. (2.) Hominis officium esse virtutem colere & vitium fugere. Aliud enim esse: notitiam habere virtutis aliud: cognoscere necessitatem homini impeditam studii virtutis. Illud ex constitutione finis hoc ex decreto justitiæ & veritatis exercendæ provenire; poenam enim imminemtem facere ut tunc necesse sit virtutem sectari, quam dolorem fugere.

Hinc infert: incumbere homini (1.) inquisitionem, an DEUS nos scire velit munera in ordine ad finem a nobis præstanda (2.) investigationem finis & ordinis quem DEUS observari vult in finis consecutione. Ex iisque porro concluditur jure naturali prohibita esse, quæ sua natura comparata sunt, ut finem à DEO in creatione constitutum & ordinem in mundo constitutum turbent vel impediunt; imperata vero, quæ talis sunt naturæ, ut finis iste ac ordo sine iis obtineri non possint.

) M sit. Sed quæ ex circumstantiis mutabilibus du-
) co plicem hunc ordinem ad finem acquirunt, ea jure
) trun permisso præscribi aut prohiberi; ex quo jure
) rva permisso oriuntur tam leges gentium humanæ,
) m q quam leges civiles particulares, quæ justæ non sint,
) rtu nisi lege aliqua naturæ nitantur, i. e. vel remove-
) is, n ant impedimenta finis vel subsidia conferant ad fi-
) bat nem promovendum. Debere vero commodum aut
) ren incommodum tale esse, quod momenti aliquid
) ta v consideratione digni ad finis consecutionem aut
) nu remotionem confert, quia leve incommodum in
) ari, ordine ad finis consecutionem nomen suum a-
)) m mittat. Dissentit itaque ab iis, qui omnem a-
)) m vitiorum classem reponunt, simulac cum suis cir-
)) m cumstantiis consideretur, tristemque eam sapien-
)) m tiam vocat, qua ne manum quidem extendere aut
)) m pedem attollere sine summa cura & attentione li-
)) m ceret. *p. 966.* ubi & *p. seq.* optime explicat diffe-
)) m rentiam officiorum juris imperfecti & juris perfe-
)) m cti. Inde *p. 968.* ulterius arguit: cum ordo in mun-
)) m do à DEO originem habeat, nec sine summa sapien-
)) m tia constitui potuerit, homo vero in se deprehen-
)) m dat studium se conservandi, sanguini & medullis
)) m altissime insitum, ut evelli non possit, nec tamen
)) m ab homine ortum sit, recte se concludere, illum
)) m instinctum a DEO esse, adeoque recte se facere,
)) m si illi pareat. Itaque velle DEUM in homine
)) m conservari, quod, si tollatur, frustra quasdam par-
)) m tes & proprietates ipsi tribuisse videretur; sub iis
)) m comprehendi non modo quæ vitæ & membris in-



columitatem præstant, sed & evitationem eorum
 quæ naturali membrorum usui repugnant vel
 nem subvertunt, ad quem vitæ, membrorum
 & facultatum hominis natura ducit; huc vero no
 spectare, quando usus membrorum suspenditur
 aut propter maiorem commoditatem alium
 suppetentem plane nunquam exciritur, sed qua
 do membra aut facultates vel plane intercidunt
 vel iis aliquid contra committitur quam DEU
 intendit, aut tale, quod hominem in contemptu
 aut odium rapere possit, ex quo se privat auxil
 quibus commodius & securius vivere possit; ita
 doctrina de pudore ad principium de conseru
 tione etiam sit revocanda. Scil. peccare hic homi
 nem in dignitatem suam, idque dupliciter: (1) con
 tra decorem naturalem hominis, si deviet ab ill
 fine, ad quem appetitus naturalis ducit, & obj
 ctum immutet, in congressu præter naturali, et
 candescencia in rem inanimatam &c. (Itaque
 juste copulam appeti à sane capulari, sicut vi
 dictam ab eo, qui ob infirmitatem victoriam
 polliceri non potest. vid. p. 971. ubi etiam egreg
 ostendit, voluptatem non esse finem appetitus,
 in iis affectibus quos pro arbitrio excitare in no
 stra potestate non est, secus in aliis p. 972) 2. contra
 suam dignitatem stricte dictam seu eminentiam
 in ordine creaturarum, quo spectat scortatio stri
 cte dicta, quia actus iste veneris vilis non ornato
 matrimonio; item divortium & polygamia; se
 incestum esse contra pudorem stricte dictum
 eiusque rationem, secus quam reliquorum deli
 ctorum

etorum ex statu integro non petendam, quia tunc
 pudori locus erat. Hactenus dicta, quæ prolixius
 repetit pluribusque exemplis illustrat *p. 981. seq.*
987. nunc prolixè *p. 972. seqq.* ab objectionibus,
 vindicat, ostendendo, pudorem &c. non esse æsti-
 manda ex opinionibus gentium moratorum, sed
 ex infirmitate & imperfectione aliqua, quam DEUS
 abesse, aut saltem tegi vult, vel coram omnibus,
 vel certis quibusdam personis. Scil. talia non re-
 tegenda esse, nisi absit impudentiæ nota, qualis
 abest in refectione necessaria, vel infantum recens
 matorum, aliisve circumstantiis. Porro penes
 gentes barbaras, ubi nuditas in mores receptos ab-
 omittit, vel scortatio in parte cultus divini reponitur,
 vel incestuosa conjugia magno decore honoran-
 tur, nihil propterea contra jus naturæ præscribi
 posse ostendit solide *p. 983. seq.* Qua occasione
p. 976. 980. probat instinctum naturalem non
 fieri posse regulam Juris Naturæ.

Hactenus de peccatis in DEUM & seipsum,
 nunc *p. 987.* de iis, quæ patrantur contra pro-
 ximum. Ubi ita procedit: cum vitæ membro-
 rumque integritas homini à DEO commendata
 non possit sine mediorum ope vel ad breve tem-
 pus produci, sequitur DEUM jus concessisse in ea
 quæ huc utilitatem conferunt; conferunt vero
 omnes creaturæ, ergo in omnes jus habeo; cum
 autem proximus meus in eadem constitutus sit
 dignitate, ergo ipsi simile jus in omnia. Neque ex
 creaturarum respectu alia pars illi, alia mihi assi-
 gnata, sed distinctio bonorum orta ex pactis. Quæ



d. p. 987. seqq. luculentius probat & ab objectionibus vindicat imprimis prolixus est in ostendendo non obligari nos, ut vitam pro proximo ponamus. Dein *p. 994.* limitat thesin de jure omnium omnia *exceptis ipsis hominibus*; quia DEUS statum primævo hominem homini non subjecit. Licere quidem mihi proximum subigere, imo occidere, si rebus meis conducatur, non tamen quod directe in illum jus habeam, sed quia jus habeo meis utendi, defendendi & impedimenta tollendi; scilicet non possum proximum gratis affligere neque nisi in ipsa defensione juris mei, & removendo impedimento quod ipse posuit. vid. omnino *p. 995.* Ubi & usum hypotheseum harum monstrat sequentibus axiomatibus: (1.) *Quicquid sua natura malum est, ejus prohibitio extremæ necessitatis est, neque major aliqua necessitas duræ hoc mundi ordine & regimine evenire potest, prior cedere debeat.* Nullam itaque incumbere necessitatem, quare liceat DEUM abnegare Eivem trahere aut peccata committere contra dignitatem hominis aut decorum naturale. exinde etiam *p. 1001.* deducit, quid juris Magistratui his in rebus concedi potuerit. (2.) *Quicquid sua natura malum est, ita ut nunquam bonum fieri possit, illud periclitans sequi potest ad usum aut defensionem juris mei extra peccati labem; neque ideo teneor ut perire ab usu juris mei.* Quod declarat & multiplicis exemplis illustrat *p. 1001. - 1004.* (3.) *illa peccata ceteris sunt graviora, que nos maxime a fine revocant & in devia deducunt.* Hujus axiomatis

ctatio pertingit *ad finem opusculi*, ubi iterum exempla suppeditat & consecutanea inde derivat, atque totum jus poenarum exponit an & quomodo singula delicta sint coercenda.

Mallet vero integrum hoc opusculum cum cura, & quidem saepius perlegi, cum obscuritatem methodi largissime compenset utilitas ex meditationibus mediante lectione nobis se ingerentibus. Licet enim non omnia auctoris asserta probari possint, viam tamen sternunt, vel saltem occasionem suppeditant meditationibus ad veritatem propius accedentibus, praesertim in hac materia praemultis aliis utilissima. Earum vero thesium, in quibus dissentio, enumerationem privatim dabo.

Postquam haec prelo jam destinavimus, prodiit *disertatio* Praeceptoris nostri Venerandi, Dn. *Thomasii de fundamentorum definiendi causas matrimoniales haecenus receptorum insufficientia*, mense Majo hujus ipsius anni ventilata, ubi §. 87. - 139. Velthuyssii intentionem tum praesenti, tum alio ejusdem tractatu *de naturali pudore & dignitate hominis Operum P. 1. p. 106. seqq.* propositam ita clare & distincte repraesentat, ut jam supervacanea sit nostra in excerptando opera, quam, modo fieri posset, lubenter hinc ejice-

remus.

II.

BENEDICTI WINCKLERI Principiorum Juris libri quing, in quibus genuina Juris Naturalis & positivi principia & Juris prudentiae fundamenta ostenduntur, ejus summus finis proponitur & divina autoritas probatur. Lips. 1615. 8vo. plagg.

39.

Multa in hoc scripto deprehendimus, quae illi jurisprudentiae naturalis Autores intactae reliquerunt, & profecto pietas & in ratiocinando prudentia efficit, ut hoc scriptum optimis accesseri mereatur, nisi quod necessariae distinctioni Legis Divinae in naturalem & positivam universalem defectus (prout ferebant ista tempora,) erudititas Autoris meditationes aliquando turbaverit.

Libro primo ostendit actiones hominis esse spontaneas, neque lege DEI aeterna, nec lege civili, nec lege elementari irresistibilem iis necessitatem impositam esse. Quam in re. n. singula haec praesupposita explicat; scil. c. 1. probat, principia juris diligenter investiganda & cognoscenda esse, rationes simul exponit cur ea vulgo negligantur. c. 2. ostendit, haec principia non ex ipsis legibus desumenda, sed ex Theologia (in latiori significato accepta) & Philosophia.

Cap. 3. & 4. omnem justitiam referendam ad voluntatem DEI, neque aliam esse legem DEI aeternam qua occasione de quadruplici Lege et

hypo

hypothesi Platonis, nempe divina, coelesti, naturali, & humana agere incipit, ostendens legem divinam Platonis nihil esse aliud nisi legem æternam Scholasticorum, hanc vero esse voluntatem DEI, qua omnia regit & gubernat. vid. pag. 30. seq.

C. 5. explicat legem cœli ex mente Platonis & cur operationem astrorum tam multum ad actiones humanas conferre creditum fuerit.

C. 6. legem naturæ seu elementarem explicat quatenus per eam intelligitur series causarum elementarium & operatio naturæ, qua se in elementaribus alterationibus obnoxiiis perpetuo conservat & regenerat, atque homini cum omnibus corporibus elementaribus communis est. Hanc legi cœli subordinatam ad necessitatem actionum humanarum contribuere, imo ipsam rationem regere putabant Platonici, unde etiam jus naturæ cum brutis commune asseruerunt.

C. 7. de lege naturæ humanæ, inquit, quid sit natura humana & quomodo lex in ea quaerenda sit. C. 8. ostendit, hanc legem ex ratione innotescentem esse ipsam voluntatem DEI, quæ à nobis cognosci possit, non obstante, quod intellectus finitus infinitatem Divinitatis exhaurire non possit, & quod non omnia DEI placita sint ratiocinationis, sed quædam revelationis. (commode huic posteriori obiectioni responderi potuisset: ea quæ revelationis sunt, non esse juris naturæ sed positivi;) Quod vero legem DEI non perfecte cognoscamus, in causa esse (1.) legem peccati seu pronitatem in malum, (2.) quotidianam mali operationem.

rationem, bonos naturæ igniculos suppressente
 (3.) communem oscitantiam in inquirenda iustitia
 & occupationem in vanitatibus, (4.) tacitam presump-
 tionem (seu præjudicium autoritatis) quæ
 omnia credenda & imitanda statuimus, quæ
 majores tradiderunt, (5.) corruptionem corporis
 per intemperantiam, ut anima bonas operationes
 exercere non possit, aliaque. Pergit: Ratio
 per se DEO non esse inimicam, neque legem
 fragari Evangelio.

C. 9. ostendit: legem rationis competere omni-
 bus hominibus, qui naturaliter salva sensuum
 organa sanumque mentis domicilium habent; ne-
 haecenus unum ingenium altero esse deterius,
 fieri assuefactione, diversitate diligentia (addo
 impulsu affectuum.)

Mallem optimis hisce meditationibus paulo
 liberalius indulgeri & hoc caput nonum auto-
 attentius perlegi.

C. 10. Legem humanam esse vel naturalem
 civilem (pro horum capitum intellectu melius
 observa: Legem humanam & legem rationis
 autore pro synonymis haberi ac idem denotare
 quod alias lex naturæ vocatur, sed pressiori par-
 significatu non pro voluntate DEI quatenus
 DEO emanat (hanc enim vocat legem divinam
 sed pro voluntate DEI ab homine cognita, seu per
 cognitione & apprehensione voluntatis Divinae
 in animo nostro & sensu ac stimulo obligationis
 Deinde legem civilem vocat eam partem juris
 naturalis, quæ officium boni civis insinuat.)

Cap.

C. 11. vindicat Juris-Consultis inquisitionem de viribus humanæ rationis. *add. Lib. 2. c. 6. L. 3. c. 8. p. 305.* hinc *cap. 12. & 13.* probare suscipit: omnibus creaturis inesse vitam & appetitum seu voluntatem, eamque imprimis homini competere in omnis generis actionibus; ubi totam doctrinam de spontaneo & invito exhaurit, eamque actionum libertatem *cap. 14. seqq.* defendit contra objectiones negati liberi arbitrii, assertæ necessitatis ex fato, vi astringentium, temperamento corporis, voluntate divina absoluta, præscientia, providentia & prædestinatione divina, fortuna & casu. In quibus singulis fontes errorum, & hypotheses ethnicorum clare & eruditè explicat & distinctè refutat. & hæc hucusque Liber primus.

Libro secundo agit de Jure propriè sic dicto, quod non satis commodè definit: jussum seu voluntatem legis. Juberi vero semper id quod bonum est, de quo optimè differit *cap. 3. & 4.* ubi *p. 191. seqq.* de debitoris corpore dissecando & inter creditores distribuendo. hinc *cap. 5.* quatuor species juris quatuor legibus Platonicis subordinatas constituit (1.) fas, divinæ; (2.) fatum, cœlesti; (3.) appetitum seu instinctum naturalem, elementari; & (4.) jus in specie, humanæ legi attributum. Hoc ultimum ostendit, quomodo differat à præsumptione *c. 6.* quid in doctrina ejus differat à Theologo *c. 7.* objectum ejus esse hominem; medium ad finem esse jus humanum, idque vel naturale vel civile, neutrum cadere in bruta, de quibus prolixè *cap. 8.* ubi Ulpianum ex sua hypothesi strenuè

strenue defendit. Jus homini naturale divi differ
in prius seu naturale specialissime sumtum, & p & ling
sterius seu gentium. mutal

De jure naturali priori agit *Lib. 3.* pie ma *Lib*
quam accurate & technice. Præcepta eius exp nos e
nit *c. 3. 4. 5. 6.* ubi observanda, quæ de conjug unde
dicuntur *p. 264. - 268.* & de polygamia *c. 10.* dit de
207. inde probat, jura naturalia omnes obligare de ma
à DEO sancita esse *cap. 7.* esseque immutabili jura c
eriam respectu DEI, cum sint DEUS ipse; qui dividi
multis declarat, & per inductionem à decem p in pot
ceptis confirmat: DEUM esse ipsum bonum, un rum,
tatem, nulli rei similem, summam & veram mixto
pientiam, sanctum & sanctitatem ipsam, beate nec ge
quietem, patrem, vitam, amorem, castitatem, h contr
nestatem, liberalitatem, veritatem, boni cupidit justur
tem & constantiam. dix &

C. 9. de apparente mutatione juris natur. upis ex
de potestate in liberos matri negata (qua occasio bo int
ne *p. 312* observat duos errores: in causis consensio
entia observandum esse jus Canonicum; tal seqq.
vero absolvi solo matrimoniorum & juramento Et
rum jure add. *Lib. 5 c. 10. p. 529 sqq.*) & an Deo Win
aliquando furta probaverit. nioni

C. 12. Summum hominis bonum consistere in
fruitione juris naturalis, in eoq; consentire omne SIM
philosophos (quorum termini saltem dissonant
Epicurum, Stoicos, peripateticos, Platonem, alio
licet suis premantur erroribus. Inde infert Juris
prudentiæ dignitatem. CE

Lib. 4. de jure gentium, ejus causa impulsiva & Li
diffe

differentia a jure naturæ, præceptis, quæ recenset
& singula explicat c. 7.-12. hinc adstruit eorum im-
mutabilitatem c. 13. & usum cap. 14.

Lib. 5. de Jure civili seu positivo, quos termi-
nos explicat c. 1. & 2. deinde exponit, quando &
unde natum, quis ejus finis & ratio cap. 3. hinc tra-
dit de societatibus a familia usque ad Rempubl. &
de majestate cap. 4. refutat eos, qui magistratum &
jura civilia in ecclesia ferre nolunt c. 5. Jus civile
dividit in rituale & forense c. 6. id mutabile esse &
in potestate majestatis c. 7. probat exemplo pœna-
rum, de quibus plura c. 8. hinc c. 11. de jure civili
mixto. c. 12. non dari jus, quod nec sit naturale,
nec gentium, nec civile, nec ex his compositum,
contra Connanum. Cap. 14. male distingui inter
justum in foro soli & poli. Tandem cap. 15. pro-
lixè & cum cura ostendit discrimen honesti & tur-
pis existere revera, non sola opinione; ubi de ver-
bo interno & externo, de furto apud Lacedæmo-
nios permissio p. 577. an error jus faciat? p. 581.
tal. seqq.

Et tamen adhuc negligimus & ignoramus
Wincklerum? ita est, quia mundus regitur opi-
nionibus.

III.

SIMON LEEWIUS de origine & Pro-
gressu Juris Romani. Lugd. Batav.

1672. 8vo. plagg. 53.

CElebris tum editione Corporis Juris cum Go-
tthofredi & aliorum omnium notis. Amstelod.
& Lugd. Bat. 1663. fol. tum opere Censuræ Foren-
sis

E

sis

*sis Theoretico . Practicæ infra recensendæ , tu
paratillis juris novissimi. Leyd. 1652. 4to. & tractu
tu belgico : Manier van procedere in Civile
crimineele saaken , tot Leyden en Rotterdam. 1666. 8to.* 5.
in opusculo præfenti collectorem magis egit, quem
Autorem, sistit enim autores & Fragmenta Juris
antiqua. 6. *Gotb*

1. Titulum *ff. de O. J. cum notis Arn. Vinnii* 7.
antea nunquam editis, item *G. Cocceji, J. Cujacii* *Quin*
D. Gothofredi, G. Budai, Hier. Cagnolii, Russan
Bacovii, & denique sui ipsius propriis.

2. *Lucii Fenestellæ Libellum de magistratibus
manorum cum notis suis.* In præfatione speciatim
excudit, an Autor fuerit iste Fenestella, qui sub Augusti
Imperio vixit, an vero Andreas Dominicus
Floccus.

3. *J. Pomponii Latii de Romanis Magistratibus
Jurisperitis & Legibus ad M. Panthagathum* 8.
notis suis. In præfatione vitam & reliqua scripti
Pomponii recenset. *Gotb* 9.
legun

4. *Legum XII. Tabb. Fragmenta ex Jac. Gothofredo*
fredo cum ejusdem & aliorum notis. *Pithe*
Frag

Gothofredi notæ hic multo sunt concisior
quam ab ipso fuerunt editæ, Siquidem præfata
Gothofredi editio, quæ Heidelbergæ 1616. edita
inde tribus aliis ejusdem operibus junctam
titulo: Fontes quatuor Juris Civilis Geneve
1653. 4to prodiit, dividitur in sex libros, quorum
primus fragmenta cum paraphrasi, secundus
historiam & laudes. Tertius præfationes seu
testimonia veterum de singulis legibus
pitibus

pitibus, *Quartus* Catalogum veterum Interpretum, *Quintus* notas, *Sextus* Indicem seu Glossarium XII. Tabularum continet.

5. *Edictum perpetuum Salvii Juliani ad ordinem digestorum restitutum.*

6. *Ulpiani Fragmenta cum notis Cujacii & D. Gothofredi.*

7. *Jul. Pauli sententias receptas ad filium, Lib. Quinque cum notis Cujacii.*

Edidit easdem *Conradus Rittershusius Norib.* 1595. in 8vo. cum interpretatione Aniani, Præfixa Pauli vita per *Bernardinum Rutilium* descripta, & Catalogo præcipuarum materiarum abrogatarum, quæ in ff. vel plane non, vel non sufficienter tractantur. Quæ omnia *Leewius* omisit.

8. *Caji institutionum fragmenta cum notis D. Gothofredi & J. Oisellii.*

9. *Licinii Ruffini Mosaicarum & Romanarum legum Collationem cum notis P. Pitbæi.* Prodiert Pithœana editio *Lutet. Paris.* 1573. 4to. sub titulo: *Fragmenta quedam veterum Juris Autorum cum Moysis legibus collata.* Recusa *Heidelb.* 1656. 8vo.

Leewius nihil habet de autore. Sed *Ægid. Menagius* in *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 7.* ostendit ex l. 4. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. *Ruffinum* vixisse ætate *Jul. Pauli*; Sed hunc non esse eum, qui hanc collationem edidit. Cum in ea referantur etiam Constitutiones ex Codice *Theodosiano* Paulo dudum posteriore. An vero idem nomen

huic Collationis Compilatori fuerit, in
tom est.

10. *S. Leewii Historica narratio de origine, progressu, usu & autoritate, variaq; editione & emendatione Juris Civilis Romani.*

p. 726. seqq. tangit opinionem erroneam, quod Jus Justinianum in Italiam (excepto Illyrico) plane non penetraverit, vel totum per longum tempus interciderit. Quem errorem distincte refellit *Conring de orig. Juris German.* de quo

Recenset deinde editiones Corporis Juris vari

Ubi nescio, uter recte se habeat, an uterque Leewius editionem, quæ exemplar authenticum Florentinum iisdem literis, notis & paginis representat, *Francisco Taurellio* anno 1553. attribuit. *Jac. Gothofredus* contra *Manuali* p. 67. in fin. asserit *Contium* Patrum auctoritatem ad isotypum Florentinum totidem articulis retentis expressas edidisse.

IV.

JAC GOTHOFREDI Manuale Juris, parva Juris Mystera, ubi continentur Juris Civ. Rom. I Historia, I. Bibliotheca, III. Virilegium sententiarum Juris Politicarum Corpore Justiniano, IV. series Librorum Titulorum in Digestis & Codice. Editio quinta. Genev. 1652. 12mo.

Genealogiam celeberrimi hujus Autoris exnotavit *Anton. Marvilius* in *Prefat. Cod. Theod.*

ubi ejus vitam a Viro aliquo Clarissimo enarrandam promittit, quam nondum adspicere licuit; quæ vero Freberus habet in *Theatro Vir. Erud. P. 2. Sect. 4. p. 1121.* ea vix lectu digna sunt; turpi etiam neglectu in scriptorum enumeratione ibidem omittuntur *Codex Theodosianus, Commentarius ad R. J. Tractatus de Salario & alia.*

Meditabatur vero Autor tria manualia seu enchiridia, quorum primum hic præ manibus est, secundum prodiit sub titulo: *fontes quatuor juris Civil.* (quod inferius videbimus) tertium an editum sit, mihi non constat; huic quatuor partes reservaverat: 1. *artem casuandi*, h. e. genuinam legis speciem educendi cum rationibus dubitandi & decidendi. 2. *antinomicum* s. Conciliationes legum, 3. *indicem legum selectarum & practicabilium*, 4. *Consilium de Bibliotheca* recte a studioso constituenda, sive Theorica sive Practica, designatis ipsismet libris.

In Opusculo præsentis *Historia Juris* porrigitur ad p. 38. ubi de Jurisprudencia sub regibus, sub libera Republ. (cujus tres Epochas constituit: *Avopias* s. incerti juris per annos 60. *isovopias* per quinquennium, & *euvopias* per 440. annos) & sub Imperatoribus tum ante Justinianea, (cujus iterum tres Epochas constituit: 1. ab Augusto ad Constantinum M. 2. inde ad Theodosium Juniores A. D. 438. 3. ab hoc ad Justinianum.) tum Justiniana ejusque fati post mortem Justiniani. Imprimis commendo *cap. 7.* ubi Chronologia Actorum & sectarum.



Bibliotheca Juris p. 41. 83. capitibus quinque enumerat libros fontium juris olim conscriptos quod
 hisce seculis typis mandatos, nempe *cap. 1.* fontium aliquo
 Juris Ante Justiniani, *c. 2.* reliquias *J*ctorum ad Althu
 idem (ubi *p. 48.* consilium suppeditat, ut ad imi menta
 tionem Indicis Labitthi leges integræ ex sing cerint
*J*ctorum libris ordine suo exhibeantur, & ex *Institi*
 latione singulorum capitum singulis libris at
 menta præscribantur) *C. 3.* reliquias Imperato
 rum Constitutionum ante Justinianum. *C. 4.* (NB. F
 rias, & quidem undecim editiones corporis Ju allo
 item editiones Novellarum, Paraphraseos Th tuti
 phili, aliorumque. *C. 5.* editiones Novellan vea
 Imperatoriæ post Justinianum, *C. 6.* Proche non
 Eclogas, Paratitla, item Corpus Basilicōv, reliq *Digesti*
 que Juris Græco-Romani monumenta. *ginta*

Et hæ quidem duæ priores partes mole exit *HALC*
 sed eo magis laudandæ, quod historiam & bibi
 thecam juris perspicua brevitate exhibeant, *n*
 rum notitia nullus Juris studiosus carere po (NB. p
 Florilegium sententiarum etiam laude sua non fine
 fraudandum, verum non adeo necessarium con
 quod pleræque ex sana ratione & æquitate natu *Codic*
 sponte fluant, reliquæ fere fundamenta mate *Libri*
 rum contineant, suis titulis inserenda. *fieri p*

Ex serie Digestorum & Codicis magnum *ti*
 thofredi ingenium cognosco, id vero nondum
 ipso mihi persuadetur, egregie ibidem cohar *Novæ*
 omnia & optimam ordinationem constare, *extar*
 meliorem methodum potuisse vel posse inven
 Sed hætenus consentio : retinendum esse pan
 etar

Clarum ordinem, non quod perfectus sit, verum quod vulgo receptus, unde etiam labores optimi aliquorum, v. g. Vultejii Jurisprudencia Romana, Althusii Dicæologia, Donelli & Connani Commentaria Juris &c. (quod vulgarem ordinem rejecerint) fere negliguntur.

V.

Institutionum seu Elementorum D. Justiniani Libri quatuor. 1529. 8vo.

(NB. Haloandri nomen in titulo non occurrit, sed allocutio ad Juris studiosos exhibitis tunc Institutionibus & Pandectis promittit Codicem & *veagās* cum nova versione. Dedicacioni vero nomen Haloandri præfixum est.)

Digestorum seu pandectarum Libri quinquaginta editi NoreMBERGÆ per GREGORIUM HALOANDRUM munificentia ampliff. ordinis ibidem 1529. 4to tribus Volumm.

(NB. primum ad finem libri XIX. secundum ad finem libri XXXVI. pertingit, tertium residua complectitur.)

Codicis D. Justiniani ex repetita prælectione Libri XII. ex fide antiq. exemplarium, quoad fieri potuit, a GREG. HALOANDRO diligentissime purgati recognitique Noremb. 1530. fol.

Novellarum Constitutionum Justiniani que extant, Volumen Græc. Lat. GREGORIO HALOANDRO interprete Noremb.

1531. fol.

B 4

Hz



HÆ sunt genuinæ Haloandri (seu Hoffmanni) in hoc enim majorum suorum nomen erat) in curante editiones, quibus perfectis eodem anno 1531. Venetiis obiit. Vitam & obitum negligenter ut solet, commemorat *Freber. in Theatr. Erud.* p. 81. Exemplari vero, quod possidemus, Institutionum subjunctæ sunt *duæ Epistolæ manuscriptæ ad Julium a Pflugk a Martino Richtero Rebr.* datæ postremum Haloandri iter ejusque obitum prolixius commemorantes, ubi mentio fit rarissimi libri impertiente Cœlio Calcagnino Ferrariae Haloandro paulo ante mortem descripti, sed ejus obitum cum aliis pretiosis referata capsula fuisset subtracti; titulus deerat, sed vocari poterat *Pericula Imperii Justiniani*. Erat enim inibi nomenclatura Prouinciarum, Magistratuum Castrensium & Aulicorum cum singulorum insignibus; quæ magnam lucem afferre poterat *Codici Justiniani & toti Jurisprudentiæ Romanæ.*

Hunc Haloandrum nonnulli faciunt Professore Altdorffinum, cum tamen eo tempore Altdorffine quidem Gymnasium fuerit, quod postea ibi institutum, sed a. 1575. in academiam seu Altdorffinorum Universitatem laudatissimam, hucusque florentem & anno superiori nova incrementa sapientem transmutatum est. Puto vero eum, postquam sumtu Julii Pflugk in Italiam ductus & reuersus fuit, Noribergæ stipendiis publicis sustentatum, dum Juris Volumina emendaret. id quod testatur in præfatione pandectarum. Prima Corporis Justiniani editio est, quæ emendata

pro

prodiit post strigosas & horridas vulgares, correcta quoad Pandectas ex libris Bolognini, qui originem debuerit Politiani Codicibus ad Florentinum exemplar emendatis. Quantum vero subsidii præbeat hæc Pandectarum editio, propria edoctus experientia testor. Sunt multæ & perquam multæ digestorum leges, quarum sensum divinando magis conijcere quam legendo consequi possis; at ubi Haloandrinam editionem evolveris, omnia plana sunt; ut taceam varias lectiones, de quibus contendunt eruditi, omnes in Haloandro planas; imo notavi sæpius novas lectiones multa meditatione & labore ab eruditis demum ex proprio ingenio resurgentes, quas in Haloandri Voluminibus, si ea inspexissent, reperissent, eoque multo laboris compendio frui poterant. Dolemus vero recognitionem & repetitam emendationem Pandectarum, quam sibi proposuerat Autor notis adjectis edendam immatura ejus morte interceptam fuisse; sed interim fruimur ea, quam magno nostro emolumento habemus, nec constat, an Laurentii Vallæ aliorumque erga veteres Jctos & Justinianum convitiis responderit, (quod promisit in præfat. ff.) Reliqua, quæ hic præstitit, docet præfatio, in qua recte imperitiæ arguit eos, qui digesta per ff. caput tituli eorundem per *legem*, versus sive *ἑμάρτιον* per *paragrapum* exprimunt. Verum postquam vulgares istæ denominationes quasi civitate donatæ sunt & ab omnibus intelliguntur, rem joculari esse puto de verbo certare. Varias vero hæc Pandectarum

editio obtreccationes passa est, aliis eam, ne en
 retur, tacito inter suos edicto prohibentibus, a
 varias objectiones magno conatu proferentib
 quas ad quatuor genera reducit in præfatione C
 dicitis: 1. nihil usquam in toto Jure Civili depra
 te esse scriptum aut mendose legi, & propterea
 pervacuo castigandi operam sumtam, aut ce
 nudum tantummodo nomen prætendi. 2. text
 legum non tanti esse momenti, postquam Glo
 torum, item Bartoli, Baldi, aliorumque summa
 eandem vim, quam legum verba obtinuerint,
 multis quidem & atrocibus ulceribus & men
 libros juris scaterere, sed impune non esse injussu
 faris, ad quem potissimum cura legum pertin
 horum librorum castigationem attentari. 4.
 iam præsentem Haloandri editionem multa
 pravata & audacius immutata continere. Dig
 vero sunt & lectu jucunda, quæ Autor hisce om
 bus in dicta Codicis præfatione reponit, iisque
 denda, de quibus conqueritur in præfatione
 vellarum: esse plures, qui, cum magnum ex
 editione profectum fecerint, id tamen dissimula
 tes, quasi in antiquo aliquo exemplari invenerint
 aut proprii ingenii sagacitate primi animadvert
 rint, simulent, interim has editiones ob unam fo
 te voculam, (neque idvere tamen) sugillent &
 tenter in contemptum pertrahant. *In Codice*
 vulnera sanavit, tot collapsa restituit, tot lacuna
 explevit, ut omnem fidem superent, adjutus Cod
 ce vetustissimo (post omnem spem collapsam, fr
 stratamque etiam Constantinopoli diligentiss
 ma

mam investigationem) a Joh. Egnatio communi-
cato, integerrimæ scripturæ, venerandæ antiqui-
tatis, summæ propter Imperatorum nomina dili-
genter descripta & adjectam temporum per Con-
sules designationem utilitatis; collatis simul ex-
emplaribus ante & post Accursium scriptis & im-
pressis. Et quamvis Egnatii Exemplar tam in
principio usque ad *tit. de Episcop. aud.* quam sine
a tit. ad Scum Turpill. carie consumtum & in
quarto libro magna ex parte, in septimo ferme in
totum mutilatum esset, omnes tamen maculas &
sordes, quoad fieri potuit, deterfit; authenticas
vero ex Novellis excerptas, quod neque suo loco,
neque omnes, neque fideliter reddita sententia
prioribus novem libris Codicis essent insertæ, tan-
quam surreptitios servos de familia ejicendas pu-
tavit, & separatim sub operis finem, eo ordine,
quo in Codice positæ fuerunt, descripsit, una cum
excerptis constitutionum Friderici Imperatoris,
Catalogo consulum ad discernenda legum tempo-
ra necessario & variis subinde lectionibus ac notis
recogniti operis. Desiderat tamen supplementum
constitutionum aliquot græcarum in Codice, quas
partim omnino non habuit, partim ob vetustæ
scripturæ obscuritatem legere non potuit. Impri-
mis deesse Constitutionem in Cod. de Sportul.
quæ modum sportularum in singulis causis præ-
scribit, cujus frequens mentio per alias constitu-
tiones & cujus ignoratio caliginem processui judi-
ciario offundit. Deesse & alias non minoris mo-
menti, &c.

Quan-

Quantum ad *Novellas* : textum Græcum fidelit
 mus in lucem produxit, cum ejus nullum exe nume
 plum in usu & jure hominis privati eo temp exerc
 fuerit, neque omnino ultra duo, quæ publico benda
 Italia asservabantur, ullum repertum fuerit ; N πὸδα
 que alius sibi ex hac editione quid arrogare pol nume
 aut causari, quod idem conantem ipsum Halo rium
 der sua editione anteverterit, in editione digess ex Gr
 rum & Codicis expresse testatus fuerat, idque tertiu
 triennium in omnibus Christiani orbis provinci cundu
 percrebuerat, græcam *Novellarum* editione plend
 Noribergæ parari. lis lite

Latinam vero versionem novam idem Halo scribi
 der perfecit, ægre quidem ad id adductus, ob var quam
 incommoda interpretationem & interpretem vel qu
 mitantia, quæ in præfat. *Novell.* exponit ; victi
 tamen autoritate senatus Norici & desiderio d 46. 54
 ctorum hominum, qui satis diu ex veteris trans qua i
 tionis lectione nauseam contraxerant. Cumq Partic
 quatuor tradantur interpretandi genera : 1. m 22. 53
 γὰρ Φρασις, quæ summa utitur libertate, omnia a sculo
 miscens, quæ vel in fuso commentario dici po editæ
 sent, assumtis exemplis, similitudinibus & integri tantu
 expositionibus, cujusmodi sunt Theophili & Cas Nov.
 tiunculæ paraphrases institutionum. 2. Μετὰ Φρα Nov.
 σις, quæ non ita late vagatur ut genus præcedent Cont
 nonnihil tamen sibi permittit, tum in omittendi 237. 1
 iis, quæ non admodum sunt necessaria vel pauci risco
 verbis reddi possunt, tum in addendis, quæ sen que
 tentiam suppleant aut illustrent. 3. Ερμηνεία, qui versu
 intra justum modum consistit & magis appendi font
 fidelite

fideliter sententiam quam verba superstitiose an-
 numerat, laudatissima proinde, lectoribus grata,
 exercendo ingenio confirmandoque iudicio adhi-
 benda nec mediocrem utilitatem afferens. 4. *ναὶ*
πρόδας, misere verbis alligata, non compositioni &
 numeris latino sermoni aptis intendens, non au-
 rium iudicio orationem accommodans, sed quæ
 ex Græcis bonis latina facit non-bona. Autor
 tertium imprimis genus exprimens, alicubi & se-
 cundum & quartum adhibuit; Quæ vero ad sup-
 plendam sententiam aliquando inseruit, minuscu-
 lis literis, quo facilius a reliquis discernantur, de-
 scribi curavit; quod etiam factum in integris ali-
 quando constitutionibus, quæ in Græco desunt,
 vel quod haberi non potuerint, vel quod in poste-
 rioribus clarius exprimantur. *vid. Nov. 2. 5. 6. 7.*
46. 54. 57. 74. 75. 79. 83. 84. 98. 111. 114. 127. 130.
 quæ in græco integræ desunt, latinæ vero habentur.
 Particularum expletarum exempla sunt in *Nov. 18.*
22. 53. 66. 67. 117. & alibi passim. Contra majus-
 sculo typo expressæ sunt, quæ initio latinæ fuerunt
 editæ, & in græco vel penitus desunt, vel paucis
 tantummodo verbis exprimitur sententia. *vid.*
Nov. 10. 17. 23. 33. 34. 143. huc etiam referenda erat
Nov. 65. Omnino vero & Latinæ & Græcæ integræ
 Constitutiones deficiunt: *Nov. 40. 49. 70. 76. 106.*
137. 140. 149. alibi particulæ deficiunt, quod aste-
 risco indicatum, *vid. Nov. 28. 29. 30. 38.* & pleræ-
 que passim. Interim adhuc retinemus vulgatam
 versionem, &, quod magis mirandum est, eam
 fonti græco præferimus, quia scilicet eo tempore, quo
 Jus

Jus Civile receptum fuit, textus græcus & reliquæ
 versiones præter vulgatam defecerunt. Talisman
 persuasiones peperit inepta de Jure Romano
 Germania olim expresse recepto opinio, & h
 causa esse videtur, cur Haloandri nulla in vi
 Jctorum a Fichardo & Mantua conscriptis ma
 tio facta sit, quasi Jcti nomine dignus non esse
 qui commentariorum & Glossatorum mol
 studiosis non objiceret. Interim manebit ce
 bris Haloandri memoria,

VI.

Corpus Juris Civilis per LUDOVIC. CH
RONDAM, le Caron. Antw. ex officina
Christoph. Plantini 1575. fol.

Nitidissima hæc, præ omnibus reliquis, si Bipartieb
 gicam Simonis van Leeuwen excipias, et no epit
 tio summa typorum elegancia primo statim asp
 ctu lectorem in sui amorem rapit. Etea quide
 Haloandrina quantum ad pandectas, si non utilis
 saltem æqualis videtur, quoad Codicem vero nem n
 Novellas hæc longo intervallo Haloandrina
 post se relinquit, accedentibus huic permultis in
 scriptionibus & Constitutionibus Latinis & Gra
 cis, vid. l. 3. 5. 6. 7. C. de summ. Trinit. l. 15. 17. 19
 20. 24. 25. 26. de SS. Eccles. l. 29. 35. 38. 39. 41. 42
 43. 44. 45. 46. 47. 52. 56. de Episc. & Clero
 l. 14. 17. 18. 20. 22. 23. 25. 26. 29. 30. 32. 33. 34. de
 iscop. Audient. l. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. de Ha
 retic. l. 9. 10. de Pagan. l. 3. 7. 8. de his qui ad eccl
 unt)

confug. l. 2. 3. de mandat. princip. l. 3. de vet. Jur.
 enucl. & plures in libro primo occurrentes, ut re-
 liquos libros taceam. Accedunt toti Codici Scho-
 lia marginalia, quibus continentur perpetuæ re-
 missiones ad Codicem Theodosianum & Novellas
 Justinianum Imperatorem antecedentes; item ad
 leges alias, quarum altera alterius partem facit;
 porro variæ lectiones, nec non explicationes ma-
 teriarum potissimarum; rationes hinc inde in
 textu deficientes, & argumenta seu summaria le-
 gum. In *Novellis* textus Græcus, apposita veteri
 translatione exhibetur, deinde Haloandri versio
 separatim subjicitur. Plurimæ vero hic adjectæ
 & expletæ sunt Constitutiones, quæ in Haloandro
 vel omnino deficiebant, vel quorum argumentum
 saltem exprimebatur, vel quæ hiatus & lacunas
 pariebantur; supplementa ex Scrimgero & Julia-
 no epitomatore repetita sunt, quorum labores re-
 presentat *premissus Novellis Index*. Notæ margi-
 nales a Charonda adjectæ respiciunt emendatio-
 nem fontis græci & interpretationum, explicatio-
 nem nominum, terminorum; in quibus omnibus
 Contium plerumque secutus est. Denique subji-
 ciuntur Justiniani edicta, Justinii, Tiberii, Leonis
 aliorumque Imp. Novellæ, Canones Apostolici,
 omnia Græca & Latina, Henrico Agylæo & Eni-
 mundo Bonafidio Interpretibus, quibus margina-
 lia ejusdem cum superioribus generis circumpo-
 nuntur. Eodem modo exornati sunt libri Feu-
 dorum, (in quibus capitula extraordinaria defici-
 unt) & Institutiones, quæ summa cura emendatæ
 & ratio

& ratio ac varietas lectionis ubique reddita & Merula
jecta, loci obscuri simul explicati, optimique Kirchn
tores in notis marginalibus allegati. Hæc

Oculos itaque & animum abunde satiat promta
editio, nullibi vero nauseam movet, nec quæq; gantiqu
alia ipsi mea quidem sententia comparanda v. ctatu d
tur. c. 6. de

Reliqua Charondæ scripta enumerat Hydno, me
Bibliotheca Bodlejana. Præcipua sunt περὶ Σοφισμ
seu verisimilium Libri tres Paris. 1554. 8vo. Sch In t
ad tit. de V. O. item Libellus de Jurisdictione de pon
Imperio. ibid. Annotationes ad Zasii Catalog Trac
Legum Antiquarum Paris. 1555. 8vo. Lib. ad amplio
ges XII. Tab. & Tituli 29. Ulpiani restitutus etatus
emendati cum Notis in eisdem ibid. recusi po videtur
Venet. 1584. Annotations sur le Code de Henry abstine
Paris. 1615. Denique opera ejus junctim prod allegav
runt Paris. 1637. fervire

VII.

PAULI MERULÆ Antiquitates Romanorum de Sacrificiis, Sacerdotibus, Legibus, Militiis, & Premiis, quæ militiam sequebantur, ornata multis Figuris. Lugd. Bat.

1686, 4to.

Figuræ æneæ, si Schema Titulo adjectum & ad
Iconem autoris excipias, sex sunt, sacrifici borun
auspicia, comitia, trophæa, triumphos &c. ex catio
bentes. Scripta autoris reliqua edita & anecdo quirel
recensentur in limine hujus operis; vita ejus su a Bal
cincte ibidem, quam justa oratione funebri (scrip rabo
Meru I. 1

Merulæ simul recitante) prolixius exposuit *Job. Kirchmannus*, *Rostoch. 1607. in 4.*

Hæc vero opuscula ex intima antiquitate deprompta, justis ubique probationibus suffulta, elegantique stylo conscripta conspiciuntur. In tractatu de *Sacrificiis cap. 5.* agit de cultu inferorum, *c. 6.* de *Votis, c. 7.* de *Locis Sacris, c. 8. seqq.* de anno, mensibus, variis diebus & singulorum mensium festis, ut alia præteream.

In tractatu de *Sacerdotibus c. 2. c. 14. seqq.* agit de pontificibus *cap. 4. §. 3.* de ædituo.

Tractatus de *Comitiis* ea breviter explicat, quæ ampliore labore proposuerat *Nic. Gruchius*. Tractatus vero de *premiis* non permagni momenti videtur. Ab horum vero prolixiori recitatione abstinemus, quod præter ea, quæ excerpta allegavimus, non videantur Jurisprudentiæ inservire. Optimus vero præ reliquis & instuto nostro utilissimus est tractatus de *Legibus Romanorum*, modo integer esset; in quo *cap. I.* de ritibus legum ferendarum & firmandarum, & de intercessione agit. *c. 2. 3. & 4.* enumerat atque exponit Leges Romuli sedecim, præmissa generali de Legibus Regiis & lingua in qua latæ erant, tractatione. In singularum vero explicatione & ad stylum antiquum adaptatione nimia verborum cura adhibetur, & major, quam explicatio sententiæ (quam diligenter suppeditat) requirebat. Ipsas leges, cum plane aliæ sint, quam a Balduino recitatæ, verbis clarioribus enumerabo:

1. *Si Patronus Clienti fraudem faxit, sacer esto.*

F

2. *Si*

2. Si nurus parentem verberit, ast ille plorans
 sacra Divis parentum esto, has duas solas, quarum
 utramq; omittit Balduinus, verbotenus ad nos
 venisse testatur Merula; quarum vero sententia
 saltem habemus, earum alias numero sex vel quatuor
 potius ad jus sacrum pertinere, quatuor (vel quinque)
 ad jus publicum; & sex ad Jus Divinum.
 1.) ne quid Deorum fabulis, in quibus probra & crimina eorum commemorantur, adhibeatur fidei, sed omnes sancte caste de Diis immortalibus sentirent & loquerentur.
 2.) ut muri sacrosancti essent, neve quis per portas urbem ingrederetur, neve egredere-
 deretur. 3.) ne quis ex asylo, ut sacro tutore loco vi abstraheretur. 4. ne quid in reipublica administratione, nisi augurato fieret. 5.) ut Reges Regem sacrorum omnium & graviorum ditionum esset arbitrium, Patricii Sacra custodirent & curarent, magistratum soli gererent, & que de levioribus causis redderent; Plebejque colerent agros, pecora alerent, quæstiones exerce-
 rent opificia & artes; non tamen sellarias & sordidas, servis, libertinis, advenis, & quendas. 6.) ut populus accedente Senatus autoritate Magistratus crearet, leges sanciret, bella decerneret. (Inter has leges tertiam mittit Balduinus, quintam vero in tres diversas leges, & rectius forte, nec invito Merula dividit addit vero duas a Merula omissas: de Diis peregrinis præter Faunum non colendis, deque ætarnis in templo vigiliis non habendis.) 7.) Regi magistratuique augustior semper in publico

co esset habitus, suaque insignia. 8.) ut Sena-
 tus publicum esset & commune civitatis conci-
 lium, & in eum Patriciis tantum pateret aditus.
 9.) ut Coloni Romani mitterentur in oppida
 bello capta, vel saltem hostes victi frangendis
 illorum viribus agri parte multarentur. 10.)
 ut annus Romanus decem mensium esset. 11.)
 ut mulier viro juxta leges sacratas juncta sacro-
 rum & fortunarum omnium socia esset, & sicut,
 ille familiæ Dominus, ita hæc domina: utque
 defuncto viro non secus ac filia patri hæres esset,
 in portionem æquam, si liberi extarent, ex asse
 vero, si minus. 12.) ut matronis de via decede-
 retur, nihil obscœni præsentibus iis vel dicere-
 tur vel fieret, neve quis nudum se ab iis conspici
 pateretur, alioquin criminis capitalis reus habe-
 retur. 13.) ut monstrosos partus necare paren-
 tibus liceret. 14.) ut parentibus liberos reli-
 gandi, vendendi, occidendi jus; aliisque modis
 de iis statuendi plena potestas esset. 15.) ut, si qua
 in re peccasset mulier, pœnam lueret ex mariti,
 qui læsus, arbitrio; si veneficii circa prolem,
 vel adulterii esset accusata, cognitionem eius rei
 vir & cognati mulieris haberent; si convicta es-
 set, ex illorum sententia mulctaretur: si vinum
 bibisset, domi ut adultera puniretur. Si vir ex-
 tra veneficium natorum vel adulterium mulie-
 rem repudiasset, rerum eius pars uxori daretur,
 pars autem Cereri cederet. 16.) ut omnes par-
 ricidæ capite plecterentur. (ex his legibus defi-
 ciunt in Balduino septima, octava, nona, decima;
 pars item 12mæ & 15tæ. contra lex undecima in



duas leges apud Balduinum divisa, & lex de gestanda in Balduini legibus addita, ut hoc modo si hunc cum Merula conferas, viginti octo Leges Romuli exurgant.)

Cap. 5. & 6. Numæ leges septendecim proponit & explicat; decem, quarum verba, & partem, quarum sententia ad nos pervenit.

Cap. 7. Leges Regum reliquorum, Tullii Hostilii de tergeminis, Anci Martii de Jure Fecitum, Tarquinii Prisci de regniis ornamentis, Senatus Tullii leges quatuor, & Tarquinii superbi leges de feriis latinis pertractat.

Cap. 8. & 9. De Legibus XII. Tab. in genere de earumque singulis usque ad *cap. 24.* putat de funeribus, jure personarum, jure in re, contractibus, (quibus nuptias immiscet) delictis et judiciis agit.

Cap. 24. Inchoat tractationem de jure post leges XII. Tab. *Tabulae hic adjunctæ* inclusam, ubi quæ typo diverso expressimus, abrupto tractui desunt, eorum tamen tractatio maxime erant necessaria, nec ab ullo, quod sciam, justo labore perfecta. Satis laboratum est in legibus XII. Tab. sed leges, quæ has subsequuntur, nondum in Systemate sunt redactæ, nec justo Commentario explicatæ. Dolendum itaque, quod iis Autor ultimam manum commodare non potuerit, sed intactam reliquit maximam partem, quæque jurisprudentiæ non imprimis utilis erat, puta totum jus a primo jure publico; ex primo jure vero totum jus privatum, &

publi

Jus post LL. XII. tab. est vel

Jus post LL. XII. tabb. est vel

primum

sacrum,

ne

nibus,
io,
bus,

politicum

publ. atrum autoritas,
spe ntercesio & ob-
sta nuntiatio,
negempus.
tia, ui ad suffragia
ocantur.

Præ { Comitiiis præerant
Suffragiorum jus habebant
Suffragiis honores obtinebant,
à prin ferendi suffragia

F 3

publico



Jus post LL. XII. tabb. est vel

primum

sacrum

publicum in quo consideranda

res scil. { sacrorum ritus,
Feriae,
Ludi.

privatum de funeribus & eorum sumptibus

personae { in genere de Sacerdotum { cooptatione,
immunitate
à militia,
intercalatione

politicum

publicū spectans negotia.

urbana { magistratum
militaria
Populi

præparatoria ad honores, Comitia in quibus consideranda, quæ Suffragiorum lationem

Duumviris,
Pontificibus,
Auguribus,
Triumviris Epulonibus,
Sacerdote Pesniniatio,
Virginibus Vestalibus,

præcedebant { patrum autoritas,
Intercessio & obnuntiatio,
tempus.
qui ad suffragia
vocantur.

Privatum

à primo ortum

Ipsi honores

comitabantur { personæ quæ { Comitibus præerant
Suffragiorum jus habebant
Suffragiis honores obtinebant,
modus ferendi suffragia

Sequebantur.

F 3

publico



publi
e ma

LAL
eo

Prodi
editio
t

NO

54. 1
243. 2
410. 4
cificis
Totu
um
com
rim.
und.
s qu
os i
em,
orur
um i
Ur
plicat
ctore
cupes



publico totum jus militare & populi; imo ex jure magistratum ipsos honores &c.

II.

LAURENTII PIGNORII de Servis & eorum apud veteres ministeriis Commentarius, Amstelod. 1674

12. plag. 28.

Prodiit antea *Augustæ Vindel.* 163. 4. sed foeda editio. Deinde *Patavii* 1656. 4. editio elegantior & plerisque figuris in hac novissima exsculptis instructa.

NOva hæc editio aucta, emendata & exornata variis figuris tum æneis pag. 84. 13. 144. 151. 154. 156. 159. 161. 162. 169. 185. 187. 194. 214. 220. 221. 243. 248. 259. 263. 264. 265. 319. 339. 340. 342. 393. 410. 412. 430. 462. 478. 526. 527. 551. tum ligno incisus pag. 166. 172. 173. 174. 224. 292. 324. & alibi. Totus Commentarius nexu continuo sine librorum & capitum sectionibus procedit; non incommode vero in tres partes dividitur, quarum prima usque ad pag. 69. de servis in genere; secunda usque ad pag. 508. de servis urbanis, tertia usque ad finem de servis rusticis tractat. Circa servos in genere notat eorum multitudinem, originem, iniquam conditionem, supplicia, fugitivos eorumque conquisitionem & pœnas, jus dominorum in corpus & bona servorum, vernas &c.

Urbanos recenset juxta officia, quæ singula explicat, puta medicos, chirurgos, balnearios, unctores, tonsores, coquos, pistores, venatores, aucupes, ministros, convivales, obsonatores, tricliniar.

F 4

niar.

niarchas, fructores, prægustatores, argento & a
 ro præpositos, ministratores poculorum, mus
 rum abactores, servos a matula, symphonicos, tari
as D
Dia
coer
con
fum
F
tina
Sym
proc
I
tate
que
Spe
me
Ep.
ut i
alic
pist
nat
liti
de
ten
fer
cir
qu
Lu
El
tic
re
lic
Ep
 bicines, citharædos, organicos, comædos, mor
 nes, nanos, scurras, gladiatores, Mediastinos, g
 rulos, supellecticarios, vestiarios, janitores, F
tina
Sym
proc
I
tate
que
Spe
me
Ep.
ut i
alic
pist
nat
liti
de
ten
fer
cir
qu
Lu
El
tic
re
lic
Ep
 bliotheccarios, notarios, antiquarios, tabellari
 grammaticos, præceptores, armigeros, anteam
 lones, pedissequos, lecticarios, nomenclator
 præcones, cursores, actores, majores domus, an
 rios, ratiocinatores, negotiatores, institores, arti
 ces, funambulòs, gladiatores, magicos, pictor
 fullones, sutores &c.

Hinc pag. 362. seqq. enumerat ministeria d
 minarum: eunuchos eorumque varia officia; c
 fectrices, nutrices, mulieres a cura catellæ, Cosm
 tas, ornatrices, Vestiplicas, lanificas, flabellifer
 pedissequas &c. it. salutigerulos, internuncios
 fœminis impudicis usurpatos. Porro ostiari
 atrienses, admissionales, cubicularios, diætari
 & zætarios, hortulanos, Insularios & custodes. F
tina
Sym
proc
I
tate
que
Spe
me
Ep.
ut i
alic
pist
nat
liti
de
ten
fer
cir
qu
Lu
El
tic
re
lic
Ep

Servi rustici recensentur: Atrienses, Pistore
 focariæ, operarii, cellarii, textores, fossores, erg
 stularii, fornacarii, aratores, pastores & arment
 rum custodes varii, villici, olivitores, custod
 torcularium, vinitores, fœnifectores, olitores, p
 nicoctores, piscatores, gallinarii, aviarii, aucupe
 venatores, luparii, mansuetarii, ursarii, vestigat
 res, architecti, fabri ferrarii, tignarii, carpente
 custodes villæ, saltuarii, janitores &c. F
tina
Sym
proc
I
tate
que
Spe
me
Ep.
ut i
alic
pist
nat
liti
de
ten
fer
cir
qu
Lu
El
tic
re
lic
Ep

Subjungitur opusculo *Epistola Antonii Velli*
ad Hieronymum Fabrum Medicum, de Zeta & Zeta

ario s. diata & diatario, in qua probat literas duas DI contracte exprimi per Z. v. g. Zabolus pro Diabolus, indeque Zætarium esse Diætarium, cui cœnaculi der Zaffel-Stuben, & cœnationis cura commissa sit, quale munus fuerit servorum aut summum libertorum.

Reliqua hujus viri celeberrimi scripta tum Latina tum Italica recensita sunt in Ejusdem libro *Symbolarum Epistolicarum Patavii 1629. in 8. post præm. add. Biblioth. Bodlej. lit. P. p. 58.*

In iis Symbolis epistolicis nonnulla ex antiquitate juris Civilis & Historia illustrantur, multaque Autorum loca emendantur & explicantur. Specimina pauca sunt: *Epist. 1. de annulis, ubi mentionem injicit Syntagmatis sui de annulis. Ep. 3. de illustribus antiquariis, ubi in fine monet, ut ii, quotquot ubique gentium fuerunt, in seriem aliquam temporum & nationum redigantur. Epist. 9. de Alexandri Academia quoad medicinam celeberrima. Epist. 16. Italiam in studiis politioribus præferendam esse Galliæ. Epist. 17. agit de tractatu de Servis, quem se plane adolescentem scripsisse testatur, & aliqua ei adjicienda profert de Servis limo cinctis; item servos omnes cinctos fuisse, ut essent ad ministeria expediti; eoque pertinere, quod de Christo cincto affertur Luc. 12. Ep. 19. de forma annuli pronubi. Ep. 22. Elogia Jo. Vincentii Pinelli. Epist. 27. de Stationibus. Epist. 28. cur Darius cadavera cremare jussit. Epist. 32. de dedicatione templorum aliorumque. Ep. 33. de variis poëmatibus ineditis. Epist. 34. de immenso civium Roman, numero.*



Ep. 41. de Julii Pauli Jcti Patria & vita. Ep. 42. de honore Picturæ. Ep. 44. pro Livio contra Paulum Benium. Ep. 49. de legibus Longobardiarum. Epist. 50. de caligine oculorum & incommodis senectutis.

Hæc decerpere gravati non fuimus, quod Syntend bolarum libellus rarissime conspiciatur. Ad totid de Pignorio *Thomas-Pope Bloundt censur celebrere autor. p. 962. seq. Hallervord. Biblioth. Curios. Lem. m. 233. Witte Diar. Biograph. ad annum 1676. mens. Jun. Freber. Theatr. Viror. eruditor. vel b pag. 1526.*

XI.

FR. HOTOMANNI Juris Consultus, ve de optimo genere Juris interpretandi. Basil. 1559. in 8.

De Autore & reliquis ejus scriptis vid. *Teisfieri pacti loges des Scavans Tom. II. p. 136 - 141. Leickhtars in vitis decem Jctorum pag. 206. - 263. Thodum mas Pope Blount. Censur. Celebr. Autor. spon. pag. 73. seq.*

PRæfens tractatus recusus postea fuit & parti tionibus Juris Elementariis junctus An. 1589 ita J 12. Sed illa prior editio hac locupletior est niq adjecta interpretatione *Legis Gallus. 29. de lib Spor & postb. Et legis : Frater a Fratre 39. de conditio Diff indebit.* rum

Libellus exiguus 160. circiter paginis constans um sed nostro quidem Judio talis, qui laude ne (4.) egeat, nec digna affici possit, neque hac in parti esse 1. dubium supererit, sic contenta ejus exhibuerimus

Roma

Ep. Romani ex singulari quadam ingenii altitudine
 intra paucos annos, contempserunt cæteris, animum ad-
 bardicaverunt, in iisque cæteras gentes longo intervallo
 commo superarunt, quæ ad Reip. administrandæ scientiam
 pertinerent, nempe jus constituendum, bene di-
 od Syendi facultatem, rei militaris administrationem;
 Ad totidem vero alias, (quibus aliæ gentes magno-
 r. celebrare incubuerunt) nempe Philosophiam natura-
 Curiosam, Mechanicam seu Fabrillem, & Medicinam
 um referre reliquerunt, aut ad servos, infimam plebem,
 ditores vel homines ex Græcia adductos relegarunt. In
 Jure statuendo, cum non omnibus casibus leges
 scribi possint, Romani non cuivis judici arbitrove
 maximarum rerum potestatem permiserunt, sed
 clarissimos, rerumque usu præditos viros quasi
 juris custodes in præsidio locaverunt, quorum fa-
 cultas quatuor in rebus posita: 1.) ut legum,
 is fieri pactationum, testamentorum sententiam *interpre-*
Leickb. tarentur. 2.) ut qua de re a lege vel privatis non-
 3. Th. dum cautum esset, quid æquum bonumque, *re-*
 tor. *sponderent.* 3.) ut in negotiis privatorum, iis, a
 quibus consulere, *caverent,* 4.) ut litium *a-*
 e parti *ctiones s. formulas & ordinem constituerent.* Et
 i. 1589. ita J. C. tus est, qui tum Juris Civilis, tum æqui bo-
 nor est nique peritus populo se ad interpretandum, re-
 de lib. spondendum, cavendum atque agendum dedit.
 condit. Differit itaque autor: (1.) quibus in rebus J. C. to-
 rum munus positum, (2.) quorum illud propri-
 um fuerit, (3.) quæ illorum autoritas extiterit,
 de ne (4.) quæ hodie ratio juris interpretandi optima
 n parti esse videatur. Quantum (1.) ad munus.
 erimus 1.) De jure certo, i. est. scriptis legibus aut con-
 Roma sue-

re op
equi b
jus m
ud Gr
gmati
& bon
um no
legibi
obscu
t salte
Orat.
oris ca
a poss
e soci
ormul
num e
n pe
ic scie
leban
osteri
comp
i præc
ticoru
& tun
ni not
bus ip
Prim
a sum
ban

bant, & vel transverso foro; ambulantes, vel do
mi in atrio, ubi majorum imagines asservaban
tur, & quidem in solio, h. e. honorabili sella confi
dentes omnibus consulendi sui potestatem facere
demonstrabant. Qui eos adibant, formula ute
bantur: licet consulere? Postea sub Augusto con
stitutum, ut autoritas respondendi ab Imp. impe
traretur, optimo instituto (vid. p. 29. sed hic meri
to dissentio.)

II. Quanta Jctorum & responsorum autori
tas? a responsis eorum Judici non licebat rece
dere, & rerum privatarum judicia fere ex iis deci
debantur, alioqui si judex per imperitiam & in
consultis Jctis male pronunciaffet, litem suam fa
ciebat. Responsa vero duobus modis edeban
tur, vel ut consultores ea per scripta ad judices
afferrent, vel ipsi Jcti in consilio judicium assi
derent.

IV. De optimo juris interpretandi genere. Hic
præmittitur consuetudo Jctorum veterum in jure
docendo, nempe temporibus Romuli hoc mane
fiebat, gratis item, nec separato labore, ut in
scholis, sed eadem opera, qua consultoribus re
spondebatur, adolescentes simul informabantur.
Ratio ipsa juris (i. e. scriptorum Imperato
rum & Jctorum, quæ in libros nostros relata) inter
pretandi triplex; prima Grammaticorum, secunda
dialecticorum, tertia Jctorum propria. *Ad pri
mam* pertinent præceptiones de terminis techni
cis eorumq; vi & usu; & hæc iterum tripartita est,
aut enim *obscura* ob nimiam antiquitatem vel no
vitatē dicendi genera interpretamur, aut *locos cor
ruptos*

ruptos & depravatos emendare conamur, Reip. Romanam memoriam eruimus. Quam in adolescentia in latinæ linguæ exercitatione ab munda, & Codicum MStorum & impressorum copia mediocris comparanda. *Secunda*, si disciplinam Juris universe spectemus, triplex, si capita pandectarum aut Codicis, simplex. Nepe illa consideratione est σύνθεσις, ἀνάλυσις, διάθεσις, constructio, dissolutio, partitio. Synthesis, cum ex tenuissimis partibus recte dispositis & coagmentatis totum conficitur. Diæresis cum genus in formas, dein formarum formas dividitur, ut tandem ad individua perveniatur. Analysis s. partitio, cum res tota ad partes suas revertitur atq; dissolvitur, deinde partes in partium partecantur, sic ut ordine ad minutissimas usque & dividuas perveniatur. Jam in jure nostro civili interpretando non synthesis oportuna est, quia opus efficimus, sed quod effectum jam est, examinamus. Nec Diæresis, quia in textibus non res singulares, non qua generis, sed qua totius obtinent, tractamus. *Tertia* interpretationis species, quæ Juris propria est, non tam in Juris scriptis, quam in causis & controversiis explicandis tota consumitur. Summa vero omnium controversiarum generat tria sunt, nascuntur vel ex jure, vel ex scripto, vel ex verbo. *Ex jure* cum aut æquitas cum jure, aut jus scriptum cum non-scripto contendit. *Ex scripto*, cum scriptum, h. e. locutionis genus ambiguum aut sententia cum scripto comparatur, aut con-

rie scripta reperiuntur. *Ex verbo*, cum id pro-
 pter ancipitem significationem definitione aperi-
 endum est. Qui plura controversiarum capita
 explicant antiqui Rhetores, ita in iis versantur, ut
 tota Disputatio puerilis sit, & a Cicerone in libris
 posterioribus abjecta ac contempta. In singulis
 tribus hisce capitibus generales regulæ latent,
 nondum perscriptæ ac pervulgatæ, sed in menti-
 bus hominum quasi notiones quædam anticipatæ
 & insitæ, ad quas, si quamque controversiam revo-
 care possimus, expeditam ejus explicationem
 habebimus. Viam, qua id assequi liceat, tradidit
 Hermagoras, Rhetor & Jctus antiquissimus, quæ
 post a Cicerone, Cornificio & Quintiliano stu-
 diose observata usurpataque fuit, imprimis cum
 Cicero usu forensi assiduaque exercitatione in-
 structus & jam senex Partitiones oratorias ede-
 ret. Partes hujus artificiosæ tractationis sunt sex
 * fateor me hic non certo assequi, quomodo
 numerum ineat autor, nisi forte sex classes tribus
 membris paulo superius recensitis subjectas intel-
 ligit, quod maxime conjicio, quia in subsequenti-
 bus eas prolixis exemplis declarat *a pag. 63 usque*
104. editionis de anno 1589. in 12. Sed ita non ca-
 pio, quomodo de singulis Cicero intelligendus
 sit in iis, quæ iam dicentur?) In omnibus enim
 causis tres sunt gradus, ex quibus unus aliquis ca-
 piendus est ad resistendum, si plures non queas, vel
 enim *factum neges*, ubi status & quasi conflictio
 est conjectura quædam, & ratio depulsionis ini-
 quitas criminis; vel id, *quod factum fateare*, ne-

ges, eam vim habere, atque id esse, quod ad
 sarius criminetur; ibi status est quaestio de de
 tione, & ratio genuina formatio definitionis;
 si neque de facto neque de facti appellatione
 bigi potest, id, quod arguere, *neges tale esse*, quod
ille dicat; ibi status, æqui veri & recti disputa
 ne tractandus, & ratio, quod id recte factum
 Porro unicuique rationi opponendum est ab
 cusatore id, quod, si non esset in accusatione, ca
 omnino esse non posset; id continentiam ca
 rum vocant, sed distinguendi gratia *rationum*
 pellamus eam, quæ affertur a reo ad recusand
 depellendi criminis causa, quæ, nisi esset, quid
 fenderet, non haberet; *Firmamentum* aut
 quod contra ad labefactandam rationem refer
 sine quo accusatio stare non potest. Ex rationi
 firmamenti conflictu oritur *Disceptatio*, s. jud
 quaestio, judicatio, Græcis *ἔριδος*, in qua
 deveniat in iudicium, & de quo disceptetur, qu
 ri solet. Itaque hujus Hermagoreæ tra
 tionis hæc ratio est, ut propositam controver
 semper ab hypothesis ad thesin, h. e. a specie
 genus revocet, & illa consultatio non ad indivi
 um personæ vel rei, sed ad personas omnes &
 quasvis iisdem circumstantiis applicatas
 tinet, cumque antea quaestio certis personis cer
 que re fuisset terminata & finita, jam in discep
 tione ad infinitam revocatur. Hæc certissima
 controversiarum tractandarum ratio, ejusque
 disciplinæ hæc summa, ut, quæ quisque litiga
 rum pro se affert, non separatim & disjuncte co

siderentur, sed inter se committantur, ut ex con-
 flictu intelligatur, ad quodnam ex summis illis sex
 disceptationum generibus causa pertineat. Quod si
 hanc artem ab Hermagora primum inventam ;
 nunc longo multorum seculorum intervallo revo-
 catam studiosi hodie a nonnullis aut a perpauca
 tractari animadvertant ; existiment, nonnullos
 ob ingenii tarditatem tantam præstantiam assequi
 non posse, cum hoc artificio nihil sit acutius
 subtilius aut laboriosius ; alios ob invidiam, & ne
 quid a nobis (Hottomanno nempe) didicisse vide-
 antur, eam dissimulandam putare. Interim con-
 stat, quod (1.) ipsi contemptores sequi tamen eam
 in disputando coguntur, (2.) quod eam J. Cui se-
 cuti sunt, (3.) quod sine ea ne recte quidem expli-
 cari ulla controversia potest. Quod enim Doctores
 causam dubitandi & decidendi vulgo appellant,
 non aliud est, nisi quod Hermagoras rationem &
 instrumentum nominavit, & citra causam dubi-
 tandi consultationi non est locus. *l. 17. qui test fac.*
off. &c.

Subjiciuntur opusculo 1.) *excerpta ex Libro*
Oratorum Chirii Fortunatiani J. C. lectu maxi-
me necessaria, 2.) Interpretationes triplicis su-
pra memorati generis L. lecta. 40. ff si certum pe-
atur. L. 24. C. famil. creisc. Hactenus Hoto-
 mannus.

Si cui hæc non satis nota, aut perspicua vide-
 antur, cogitet vulgares logicas ab iis conscriptas,
 qui juris & æqui aliarumque utilium artium fere
 gnari ; eoque miseram hactenus fuisse Jurispru-
 den-



dentiam nostram, quod ejus Cultores doctrinam
 ratiocinandi & justam methodum leges ad
 applicandi fere contemptui habuerint; sed &
 net hac Doctrina obscura esse, si quis ipsum
 rem evolvens exempla singulis prope enuncia-
 nibus subjecta attente legat & pensitet.

X.

ANT. AUGUSTINI Emendationum
 Opinionum Libri quatuor. Ejusd.

destinum sive de Excusat. Liber singularit
 Item Lelii Taurelli enarrationes ad Galliam

Legem Velleam, ad Catonem & Paulum

De militiis excusu. Heidelb.

1594. in 8.

Prodiere primum Venetiis apud Juntas 1543.

dein Lugdun. 1560. 1574. 1591. 1650 in 8.

fol. per Oporinum fol.

Magnus hic Jctus, Augustinus, variis
 immortale sibi nomen & maximæ eruditi-

opinionem summo jure peperit; habemus

beneficio librum de legibus & Senatus Cons-

Rom. 1594. in 4. Paris. 1585. fol. Lugd. 1592. in 8.

ibid. 606. fol. nunc Grævi thesauro antiquit-

sertum. Libros de Emendatione Gratiani

racon. 1587. in 4. Paris. 1607. & cum notis

Duisburg. 1677. in 8. aliaque plura, quæ cum

Augustini exhibentur in Duisburgensi Editione

Emendatione Gratiani p. 559—585. plenius

tum vita tum scripta recitantur a Leickbero in

Jctorum pag. 108—196. add. Bibliothec. Hildes-

Tom. II. p. 307—320.

In opusculo præsentis totus occupatur in emen-
 dandis textibus juris Romani, præsertim editio-
 nis Haloandrinæ, *Lib. 1. cap. 2. Lib. 3. cap. 3. cap. 5.*
7. 9. Lib. 4. cap. 3. 6. 9. 11. 12. 13. 16. & per inte-
 gram tractatum passim. Non ut aliquid Haloan-
 dro detraheret, sed quod eius editionem præ o-
 mnibus aliis accuratissimam deprehenderet. vid.
L. 1. c. 3. ubi aliarum editionum menda plura re-
 tenset. De Florentinis pandectis egregie disse-
 rat *L. 1. c. 1.* deque aliis rebus optimis passim; pu-
 ta *L. 1. c. 4. 5. 6. 8.* de utilitate inscriptionum in
 lingulis legibus earundemque nævis & explica-
 tione. *Cap. 7.* de repetitionibus seu geminationi-
 bus. *Cap. 9.* de falsis interpunctionibus *Lib. 2.*
cap. 1. & Lib. 4. cap. 8. De Græcismis in pan-
 dectis occurrentibus. *Lib. 2. cap. 2.* de mendis
 in editionibus digestorum ob ignorantiam an-
 tiquitatis & elegantia. *Cap. 3.* de differentia ad-
 iunctionis & adjectionis. *Cap. 4.* de instructo &
 instrumeto. *Cap. 5.* quid Sobrinus, Consobri-
 nus, propior Sobrino. *Cap. 7.* — *ii.* de sestertio,
 sestertio, asse, uncia; auri, æris, argenti libra, au-
 reo s. solido, siliqua, tremisse, usura centesima,
 quinque mensuris, vasis & pedali mensura. *Lib. 3. c. 1.* de ti-
 tianis & capitibus, quæ aut scribenda non sunt,
 aut non suo loco scribuntur. *Cap. 2.* de concu-
 bernalibus fervorum. *Lib. 4. c. 1.* de visceratione.
Cap. 4. de furtis, eorum generibus & poenis. *Cap.*
7. de milliario. *Cap. 12.* de paratione. *Cap. 14.*
 de migratione Calendis Juliis fieri solita: *Cap. 15.*
 de captatoria institutione. *Cap. 17.* quomodo in

negationibus inferendis vel expungendis errat
fit. *Lib. 3. c. 8.* emendantur Nævi nonnulli
Theophili paraphrasi occurrentes. Alibi
tra Budæum, Alciatum, Paulum de Castro,
que erudite disputatur, & quod potissimum
modeste ac rationibus, ubique urgentissimis
legatis.

In *libro ad Modestinum* textus omnes, qui
Modestini libris sex exculationum græce con-
ptis in pandectas relati sunt, emendantur, ex-
cantur, vindicantur, locisque suis restituuntur.

Lælii Taurelli enarrationes nobis, qui Augusti-
num saltem inspicimus, nunc præterire
ceat.

XI.

FRANCISCI BALDUINI de institutio-
ne Historiæ universæ & ejus cum Juris
dentia conjunctione προλεγόμενον

Libri duo. Argentor. 1608.

in 12. plag. 14.

Libro primo agit de institutione Historiæ;
1.) commendat Historiam: nos in hoc
do tanquam amphitheatro constitutos esse
tanquam spectatores, actores, & quodammodo
judices. Spectatores, etiam rerum quas me-
ria comprehendit; res enim humanas tantum
esse supra naturales, quantum homo excellit
liqua creata; & mirandum esse mundi theatrum
magis vero mirandos esse ludos, qui in eo spectan-
tur, & ex quibus divina providentia luculentius

patet. Occurrere impudicos ludos & tragica dramata, ut a talibus deterreamur, utque in illa rerum calligine magis eluceat admirabilis Dei gubernatio &c. Hinc laudes historiae prolixius persequitur p. 21 — 33. sed has tribuit saltem historiae universali, quam 2.) *definit* p. 33 — 62. scil. universalem esse debere ratione temporum, gentium, (barbararum aequae ac culturam) rerum, atque harum iterum triplicium: sacrarum, civilium, militarium. Ea omnia exhibenda esse justo temporum ordine, notatis non solum eventibus, sed & causis & consiliis. 3.) *requirit ad lectionem*, ut historia sit vera, p. 62 — 93. ubi monet: historiarum volumina ob unam aut alteram fabulam non tota esse abjicienda, sed vera a falsis caute discernenda. Scil. cessare debere tum fatuam temerariamque credulitatem, tum morosam nimium & diffidentem ἀπιστίαν, & sapienti iudicio discernendum esse quid verum sit; cavendum a libris supposititiis & adulterinis, praeferenda monumenta publica, testes ἀνόνητας, aut saltem antiquissimos & gravissimos; rei enim antiquae narrationem quanto magis novam tanto mendosiorum esse solere. Nec obstare, quod historia hoc modo non possit stylo aequabili deduci; non enim declamationem sed solam recitationem sine elocutionis coloribus requiri. 4.) eadem quae hactenus de audienda & legenda historia dicta sunt etiam requiri *in scribenda*; p. 93 — 108. scil. ut habeatur delectus rarum narrandarum; ut narrentur res magnae & utiles, ut temporum & locorum



notatione illustrentur; ut orationis luce commendentur; ut causæ, consilia, eventus explicentur. Allegat hanc in rem Ciceronem, ejusque & aliorum sui temporis collegia historica præcipue, & ex Ciceronis commentariis, epistolis & orationibus, aliorumque qui historicos se esse seque profitentur, commentariis; item statuis, picturis, lapidibus, nummis, aulæis vel peristromatibus, & aliis signis historiæ argumentum suppeditari potest, quod (5.) Posse historiam universam & veram colligi ex superstitionibus per Dei providentiam bonorum librorum & monumentorum reliquiis & fragmentis, quæ continua serie se invicem subsequuntur, recenset p. 109 -- 175. Denique cautelas circa tempus & locum in historia exprimendum necessarias affert multisque exemplis probat; Rhetoricarum vero figuras, exaggerationes, amplificationes & excursions improbat p. 176 -- 185.

Liber secundus ostendit conjunctionem historiæ cum Jurisprudencia, scilicet nec jus recte intelligi sine cognitione historiæ, nec historiæ recte cognitione juris. Generalem saltem in scriptis antiquissimorum assertorum exhibuisse sententiam dicit: (1) ubi factum narravit historia, primo de jure & usu esse quærendum, (2) Jus Divinum circa religionem neque sine historia sacra & Ecclesiastica; neque hanc sine illo addisci potest, imo nec utrumque sine historia civili. (3) Leges Romanas ob amplam copiam non posse quædam Historiæ Romanæ commode includi; quædam tamen longius ab ea se jungendas esse. Et

ce co
 xplic
 ejus
 a pra
 lis &
 esse
 pictu
 tibus
 prot
 n col
 onon
 & fr
 osequ
 elas
 n neo
 Rhe
 icatio
 em his
 e inte
 oriam
 em in
 se su
 rimo
 us Di
 ria fa
 sci po
 (3.)
 osse q
 idj;
 Et
 tu

tuisse æque facile dilceptionem Juris, quam in-
 structam aciem & castrorum formam describi;
 potuisse loco dictionum & apophtegmatum le-
 ges nobiles, singulares de jure sententias & quæ-
 stionum dubiarum definitiones inseri. Horum
 neglectus causam esse tum quod plures historici
 græcam linguam usurparint, qua leges & formulæ
 exprimi non possunt, tum opinionem difficulta-
 tas rogationes & populi scita esse partes historiæ.
 (5.) statum Juris etiam privati spectare potissimum
 ad circumstantias historiæ, ut Reipubl. conditio,
 vitæ judiciorumque forma & consuetudo cogno-
 sci possit. Non tamen exilia & inania huc refe-
 renda, quæ etiam ex Jctorum Commentariis ab-
 esse debeant. (6.) Historiam ex responsis & con-
 stitutionibus juris plurimum supplementi, confir-
 mationis & lucis accipere, quod exemplo historiæ
 Septimii Severii, Diocletiani. Constantini, Valen-
 tiniani, Valentis, Theodosii, Justiniani, Leonis,
 Gothorum, Caroli Magni, & sequentium tempo-
 rum probat. (7.) Causas belli plerasque omnes
 in historiis occurrentes ex jure & legibus repeten-
 das, (quarum exempla ex dubiis de principum suc-
 cessione quæstionibus suppeditat) quod enim in-
 ter privatos sunt actiones judiciales, hoc inter
 principes esse bellum. (8.) optimum & facilli-
 mum legum explicandarum subsidium esse histo-
 riam, cum Corpus Juris, quod habemus. ex legum
 quotannis prope mutatarum varietate annis 1300.
 Et jactata sit compositum, unde necessario chrono-
 logiam legum esse tenendam, & analysin legum



historicam faciendam. (9.) in libris Justiniani multa prætermissa esse, quæ ad Jurisprudentiam plane pertinent, ut ex historia alterum corpus juris Romani alterque Codex Legum male delectarum colligi repetique possit. (10.) De institutis & more majorum historiam consulendam. (11.) ex rerum judicatarum historia regulas Juris eliciendas, quod olim fecerunt Jurisconsulti pag. 230. ubi seqq. de albo annalium maximorum, edictorum, formularum &c. (12.) olim iis, quibus legum Juris mandata est, etiam historiæ consignationem commissam fuisse, & vel Jurisconsultos fuisse Historicos, vel Historicos Jurisconsultos. (13.) rem militarem historiæ acceptam ferendam. p. 244. seqq. ubi p. 248—255. tres magnos Viros, magnosque fuisse historicos allegat: Corn. Syllam, Jul. Cæsarem Octav. Augustum. (14.) Historiam erudire precipue ad Jus publ. & remp. administrandam, quod multum prævalet juri privato p. 255. seqq. ut studium historiæ sit imprimis principibus dignum & regium p. 268. (15.) Historiæ multum consolationis inesse contra casus adversos p. 281. seqq. (16.) eandem multum proficere ad deliberandum super negotiis publicis p. 289. seqq. (17.) ex hypothese historica theses & vaticinia politica depromenda, quæ caveant, ne quid inopinatum opprimat. p. 294—307.

Tandem probat pag. 308—319. ætatem orbis conditi ad annum 1561. non esse multum supra nos 5500. neque adeo hoc studium esse infinitum Terræ exiguam partem esse habitatam, nec ubique

semper hærere historiam. vid. p. 320. seqq. inde methodum suam proponit cum aliquot digressionibus p. 344. seqq. 355. 356. Extremo loco p. 357. seqq. historiam conditi orbis & hominis s. hexæmeron prooemii loco præmittit, eoque hanc operam finit, *ipsam historiam universam in Collegio pleno traditurus*. Ubi vero sunt hæ lectiones? & cur non editæ? quanto vis pretio esse redimendas, si modo haberi possent, opinor ob insignes autoris dotes materiæque dignitatem. Nec facile sperare possumus, alios idem præstituros. Requiritur ad hoc opus pietas, perspicacia, prudentia, modestia, candor, juris omnis notitia, linguarum cognitio, magnus apparatus, indefessa diligentia & patientia, animus ad odium & invidiam, quam veritas parit, obfirmatus. Omnia hæc concurrerant in Balduino: in quonam vero alio tam amice conspirantia reperiuntur?

Prodiit etiam utilissimum hoc opusculum aliis ejusdem generis junctum, Basil. 1579. in 8. sub titulo: *artis historice penus octodecim scriptorum tam veterum quam recentiorum monumentis & inter eos Job. præcipue Bodini libri Methodi Historice sex instructa*, & antea separatim editum est Paris. 1562. in 4. verum hæc nitida & optima editio rarius occurrit. Reliqua Balduini scripta subjuncto judicio enumerat Jctus Balduino non minor, *Dn. Christ. Thomasius in Epistola de Editione Operum Balduini Lips. 1689. 8.* Vitam ejus attingit *Freber. in Teatro Virorum Erudit. pag. 866. add., Thomas-Pope Blount Censur. celebrior. autor.*

p. 708. seq. Scæv. Sammarthan. Elogior. Lib. pag. m. 82.

XII.

JACOBI LABITTI *Index Legum omnium, quæ in Pandectis continentur, in quibus singula ad singulos Jctorum libros referuntur, additur ejusdem Indicis usus. Lugdun. Bat. 1674. in 8. form. august.*

plagg. 24.

Editus antea Parif. 1557. in 8. porro Lips. 1616 cum notis Wilhelmi Smuccii in 8.

Maximum interpretationis subsidium ex locis Autoris, cujus dicta explicantur, conjunctum petendum esse, admonitione non indiget. In primis vero hoc subsidio opus esse in annotationibus pandectarum, quorum dispersio & nomina brevitatis sæpe facit, ut nec facile assequi possimus, qua intentione, vel in qua materia prolata sint, nisi ea, quæ ab eorum Autoribus eodem loco dicta sunt, conferas, ex iisque connexis judicium formes. Felicissimos hoc auxilio progressus in explicandis Juris Regulis fecisse *Jacobum Ruardum, Jacobum Gothofredum & Job. Jac. Wessensbachium*, scripta eorum nunquam intermissa loquuntur. Neque minus præstari posse in reliquis Juris Romani partibus ostenderunt alii quibus verum Jurisprudentiæ studium cordi fuit, & quis quæso accommodatior antinomias sine violentia concilianandi modus, ac iste, ubi lex ex le

Lib. ge, locus Autoris ex loco conjuncto enucleatur?
 Hunc vero laborem indice præsentis maxime ju-
 vat Labittus, qui singulas leges ex iisdem Jcto-
 rum libris conjunxit, eoque effecit, ut earum evo-
 lutione maxime probabilis explicatio inveniat. 2. omni
 172 q. Usus hujus indicis potissimum in eo reponit,
 eferm quod (1.) ex singulorum ejusdem inscriptionis
 Lug. capitum comparatione singulorum liberorum
 2. comprehensio & summa quædam atque ordo tra-
 ctandi colligi & eorum quæstio in universum vel-
 ut oculis subjici, tum ex his multarum legum ge-
 nuina interpretatio peti possit. (2.) quod pro-
 pter inscriptionum & quæstionum similitudinem,
 ex loc. quæ divisa & in varios titulos congesta sunt legum
 conjunct. capita pleraque recte rursus jungantur & ita
 t. In continuata quædam quæstionis tractatio percipia-
 1616 tur, saltem alia ex aliis propemodum pendere di-
 gnoscantur, & lucem atque interpretationem capi-
 ant. (3.) quod non parum quandoque juvet om-
 ni post. nia singulorum Jctorum fragmenta in unum
 prola. collecta cernere, ut, qua singuli juris tractandi ra-
 lem lo. tione usi fuerint, quem in edictis, legibus, SCtis in-
 judic. terpretandis, quem in respondendo de jure ordi-
 gressu. nem ac methodum servaverint, quam loquendi ra-
 um Ra. tionem sibi familiarem usurpaverint, quam sæ-
 2c. Wo. pe in eadem quæstione tractanda cum aliis con-
 ermot. senserint, quam sæpe etiam & in quibus dissense-
 posse. rint, facile intelligatur. (4.) ut, quod ab uno
 nt ali. Jcto aliquo legis capite scriptum est, idem ab alio
 di fuit. vel iisdem omnino vel diversis verbis, nonnun-
 tas fir. quam clarioribus aut apertioribus, aut notato lo-
 ex ex. co

co, aut autore tantum laudato relatum esse deprehendatur, ut ita loca plurima inter se conferri possint, & obscura illustrari & depravata emendari. (5.) ut legum, quæ cum aliis pugnarentur, veram atque facilem conciliationem consequamur. Quæ omnia, licet pro iis veritas loquatur, necessariis tamen exemplis illustrat, ad hunc utilissimum laborem studiosi magis accendantur.

Cur vero vulgo ignoramus Labitthum ejusque consilia? Quia plerumque non ex juris fontibus sapimus, sed ex paludibus Commentatorum.

Consilium de hoc Labitthi labore adhuc in melius formando ex Jac. Gothofr. Manuali supra addimus pag. 70.

Wilhelmi Smuccii nota ad leges constant brevissima allegatione legum parallelarum ad textum cui subjunctæ sunt, melius explicandum scientium, vel accuratori & specialiori allegatione loci unde desumptæ sunt. Prolixiores verò sunt, sed adhuc satis breves nota ad usum indicis Labitthi, quem Smuccius in quatuor partes subdividit, (nam quintum sub quarto comprehendit) disputat ibi de explicatione legum aliquarum Labittho suscepta, variasque accuratorum Jurisconsultorum opiniones adjicit & quasdam materias luculentius exponit, novo documento, hunc indicem esse potissimum interpretationis subsidium.

XIII.

FRANC. BALDUINUS ad Leges de Jure Civili, Voconiam, Falcidiam, Juliam, Papiam Poppæam, Rhodiam, Aquiliam.

Basil. 1559. in 8. plagg. 18.

Autor hunc tractatum conscripsit occasione historiæ universalis, de qua supra diximus. Ibi leges quoque immiscere animus erat, sunt enim earum nonnullæ, quæ plus facti habent, quam juris, nec ab historia divelli possunt; sunt aliæ, quæ ad jurisprudentiam potius quam ad historiam; sunt etiam quæ ad utramque commode referri possunt (vid. *prefat.*) istarum digniores & quidem de Jure privato hic explicat, nempe

I. *Voconiam*, quæ lata A. U. C. 584. a Q. Voconio Saxa, Tribuno plebis (quod probat *p. 2. seqq.*) ejusque capite primo constitutum, *ne quis census (i. e. civis in censum relatus) mulierem heredem faciat supra quadrante[m].* Quod explicatur *p. 4—12.* Secundum caput erat, *ne quis census plus leget mulieri, quam heredi relinquatur.* De quo erudite *pag. 2—17.* inde locum Pauli de hac materia explicatus *q. 3. ad p. 23.*

II. *Falcidiam* latam A. U. C. 713. P. Falcidio Tribuno Plebis, quæ inter Plebis scita ultimum locum occupat. Eam vero Autor succincte sed eleganter & ex fundamentis suis explicat, nihil fere quod vulgo ab interpretibus notatur, attingens *pag. 24—52.*

III. *Ju.*

III. *Juliam Papiam Poppaam* a M. Papio
 tilo & Q. Poppæo secundo, Coss. suffectis, ex
 mis Annis Augusti perlatam, adeoque inter
 Consulares ultimam, sed celebrem, latissime
 tentem & ex multis legibus conflata, pro
 etiam prolixis Jctorum Commentariis exp
 tam. (De qua post Balduinum professio
 egit Jac. Gothofredus in fontibus quatuor juris
 vilis.) In hac explicanda & ipse Autor ma
 prolixior est, quam in reliquis p. 53. -- 189. Pra
 fit vero Lex Julia Papiam. Sed quia plera
 ejus capita postea in legem Papiam transfusa
 runt, utriusque nomen promiscue accipitur.
 versa ejus capita præcipua in antecessum in
 pag. 54. scil. de nuptiis & cœlibatu, de jure
 rorum & orbitate, de caducis, de jure patrona
 Hinc legis de maritandis ordinibus historialiis c
 p. 55. -- 65. capita vero tria (ut ingenuis per
 tatur ducere libertinas; ut id non liceat senator
 bus eorumque filiis; ut ingenui non minus quæ
 senatores ducere prohibeantur famosas mulier
 pag. 65. -- 91. explicat. De cœlibatu, orbit
 & jure liberorum agit pag. 91. -- 115. De jure
 tronatus p. 115 — 140. & de caducis p. 140—
 Eorumque occasione tractat de conjugio sen
 p. 62. seqq. item p. 77. De divortiis liberta
 terdictis p. 80. seqq. De remittendis jure
 rando vel conditione adjecta, ne matrimoni
 ineatur. p. 85. seqq. de tutela foeminarum pag.
 de jure substitutionis p. 146. de jure accrescendi
 jusque origine p. 147. seqq. de aditione herede

tatis pag. 154. seqq. quando dies legatorum cedat
p. 158. seqq. ubi etiam de regula Catoniana.

Legem Juliam de *vicefima* A. U. C. 759. ab Au-
gusto tentatam, sed septem post annis demum
perlatam plene exponit & historice pertractat pag.
176—189.

IV. Rhodiam ab Augusto confirmatam; ubi
optat, ut integras leges Rhodias haberemus, earum-
que historiam recitat p. 189. seqq. singula deinde
capita de jactu disponentia explicat usque ad
pag. 216.

V. *Aquiliam* p. 216. seqq. cujus historiam, au-
torem & capita singula persequitur. Secundum
quidem caput negligit; adjicit tamen *quartum*
de duplo propter inficiationem præstando. Cæ-
ronæ terum laudat constantem huius legis præ omnibus
istotaliis observationem.

Integrum vero hunc tractatum commendat e-
rudita & plane singularis atque amœnissima tra-
ctatio ex historia magis quam philosophia vulga-
ri decerpta. Eam utinam imitemur, certior esset
Jurisprudentiæ ratio.

XIV.

PETRI DE GREVE, Antecessoris Novio-
magensis *Dissertationes ad Institutionum Im-
perialium loca difficiliora. Editio ter-
tia. Noviomag. 1668. in 12.*

plagg. 20.

Scriptum succinctum, elegans, satis perspi-
cuum

H

cum

cum, & quod optimis Commentariis accerere mereatur. Conscriptum videtur vel saltem visum post editas ab eodem *Exercitationes ad gestorum loca difficiliora*; eas enim subindagat p. 85. 87. & *passim*. Cæterum heic

(1.) textum legum distincte explicat & dicat.

(2.) textus juris, qui dissentire videntur, ordine & ordine promulgationis legum conciliantulo testimonio, quantum chronologia legum ad justam ipsarum interpretationem

(3.) aliquando textum reprehendit, pag. 77. 81. 231. 386.

(4.) antiquitatis tractationem admiscet, puturionibus, duumviris, defensoribus civitatum, pag. 34. de lege Solonis: ne agnatus hereditatem sperans sit tutor pag. 47. de morte civitatum p. 113. de cessione in jure p. 115. de abdicatione p. 169. seqq. de origine querelæ inofficiose p. 177. de origine & persecutione antiqua fidei commissorum p. 244. seq. de stipulatione p. 280. furtis Lacedæmoniorum & LL. XII. Tabb. delictis p. 353. seq. de interdictis p. 420.

(5.) interpolationes legum & veras antiquitatis observat p. 79. 129. 221. 228. 237

(6.) authenticas Irnerii non satis accuratas ostendit p. 242. 331. &c.

(7.) mores & praxin hodiernam Juri Romani contrariam, sed maxime belgicam in singulis paginis notat.

(8.) jocosâ aliquando immiscet, pag. 96. & 368. &c.

(9.) Sunt etiam nonnulla, quæ displicent, sed pro tanta materiâ fertilitate admodum pauca, v. g. p. 23. 29. 67. 99. 100. seq. 108. 115. 140. 203. 208. 212. 269. 335. 340. 377. 381. 397. 426. 429.

Neque solis incipientibus subservit hic tractatus, sed etiam provectoribus, & fateor, me oppido multa, & plura quam cogitaveram, ex eo didicisse. Optandum saltem foret, ut quis eadem brevitate usum fori nostri cum solida principiorum juris expositione conjungeret.

XV.

PETRI ÆRODII *Rerum ab omni Antiquitate Judicatarum Pandectæ. Accesserunt Ejusd. Tractatus duo, alter de Origine & Auctoritate Judiciorum, alter de Jure Patrio ad Filium. Genev.*

167. in fol.

Prodiit antea Paris, 1588. & ibid. 1615 in fol.

REcognovit & edidit hunc tractatum Philipp. Andreas Oldenburger, & promisit in eundem notas suas, quas non prodiisse conjicio. Et notis omnino opus erat. *Alleganda* enim cum cura forent loca autorum omnium, qui de singulis rerum istarum judicatarum exemplis scripserant, & plerisque subjicienda erat *Epicrisis* quousque res illæ judicatae vel ex ratione & legibus, vel tumultu-



atariæ præcipitantia, æmulatione, dissidiorum
 fomento prodierint. Exemplum dedi in *dis-*
inaug. de dote a plebe tumultuante erepta Lic-
restituenda. cap. 1. ubi ostendi, Gracchos fratres
 Tiberium & Cajum, injuste occisos, licet plerique
 historici facinus omni conatu defendant, quod
 Autor noster secutus est *Lib. 7. Tit. 6. c. 5. &*

At in opere Judicatarum rerum nullibi alle-
 tus est autor, nulla prope subjuncta Epicrisis
 quod utrumque potissimum desidero. Cæterum
 maximi facio hoc opus, ex quo habitus
 ad facta applicandi imprimis paratur, historia
 mana & copia materiæ oratoriæ simul non co-
 tanti insinuatur, Eoque magis attemperata legi-
 sunt Exempla, quæ durante eadem Reip. *fac-*
 quam Leges respiciebant, obvenere, propterea
 quoque lectu multo jucundiora ac hodiernarum
 Decisionum casus, ad quos leges obtorto saepe
 potrahuntur.

Dividitur opus in Libros decem, quorum
 tuli ordinem quidem Titulorum ex pandectis,
 vero numerum servant: *Liber primus* de Jus-
 & Jure, Religione & Jure Sacro agit. *Sec-*
undus Titulum de Legibus aliosque Libri primi
 complectitur. *Tertius* absolvit ex ff. Librum
 usque ad 11. *Quartus* Librum 12—27. *Qu-*
tus Libr. 28—44. *Sextus* de Accusationibus
 delictis privatis & extraordinariis criminibus
Septimus de Criminibus Majestatis. *Octavus*
 Criminibus Pudicitiae, Vi, & omnis generis

inmicio. *Nonus* de reliquis Titulis Lib. 48. ff.
Decimus de Materiis Libr. 49. & 50. tractat.

Tituli dividuntur in capita, quorum singula
 casum ex Historia Romana secundum leges Civi-
 les judicatum proponunt. Neque adeo Com-
 mentarius est ad Pandectas, ut multi putant, cum
 leges non explicet, sed totus in applicatione occu-
 petur.

*Liber singularis de Origine & Auctori-
 tate Judiciorum*

Non recte ita inscriptus est, agit enim de auto-
 ritate *Rerum Judicatarum* & institutum suum in
 conscribendis Pandectis commendat & explicat.

Brevi: Liber hic est *Epistola dedicatoria operis
 majoris ad Christophorum Tbuanum*, in qua pro-
 bare satagit, res judicatas aut primam partem ju-
 ris aut solam, aut præcipuam esse. Homines, ante-
 quam in magna regna coalescerent legibusque
 regerentur, usos esse rebus judicatis hominum
 prudentiorum. Ipsas vero leges nihil aliud esse,
 quam quod sæpius judicando placuerit, cum om-
 nes ex singulari negotio atque re nata & trans-
 acta originem ducant. Porro Judicium & Rerum
 Judicatarum majorem perpetuo vim autoritatem-
 que ac legem ipsarum esse. Omnia lege com-
 prehendi non posse ob infinitam casuum varieta-
 tem, nec consultum esse ob quorundam rarita-
 tem justitiæ evidentiam, nimiam injusti consue-
 tudinem, eorum incertitudinem, & vilitatem,
 Hinc esse, quod leges tecte & occulte mutantur,



quod Lacedæmonii leges magis ex Judicium a-
trio, quam ex tabulis scriptis pendere voluerit
quod Solon leges obscurius scripserit, ut ex in-
pretatione earum crescat autoritas judicis. P-
stare ordines populi participes facere legislatio-
vel consultationis, idque in Gallia evenire, I-
se constituisse dicere de omnibus rebus, quæ a-
omnes populos hucusque judicatæ & trans-
sunt, ut jus, quod ante omnia in rebus judic-
versatur, stabiliret.

Id vero non Libris nostris (corpore Juris)
veteribus omnium Gentium moribus, legibus
stitutis contineri. Hinc graviores materias
quibus tota Reipubl. ratio sæpe consistit, fere
gligi & sileri, nãnas tractari. Olim Catonem
censem priusquam ad Rempubl. accederet, p-
cipua omnia summorum virorum judicia, de-
ta, edicta, manibus amicorum ex unaquaque
vincia Imperii Rom. collegisse. Nunc ab Au-
re collecta Judicia non Duumvirorum aut Ju-
cum pedaneorum, sed summi populi Romani
liorumque de rebus maximis.

Paulo nimis tribuit | Autor Judicatis præ
bus; sed oratorem agit, cui aliquid condona-
dum. Possset alias facile ostendi, suffragia
fortes necessitudines &c. inquinata | rem inique
dicare, leges contra absque affectibus hu-
modi sanciri. Sed sunt omnibus actibus huma-
sua vitia.

LIBELLUM DE PATRIO Jul-
Auctori extorsit filius fugitivus, inter Jesuitas

tens & per triennium frustra quæsitus. Itaque ut cum reo absente sibi agendum esse putavit, annotatione & programmate, rogatque lectorem, faciat, ut seductus Adolefcens hunc libellum lectitet. Postea se non recusare, quin sibi pareat filius vel non pareat.

Nec frustra in hunc libellum Autor compromississe videtur; neque enim fieri potuit, quin lecto hoc filius ad officium rediisset, ita graviter jura parentum contra monachos plagiarios ex legibus divinis, exemplis omnium temporum, primitivæ præsertim ecclesiæ, placitis gentium, jure Romano & hodierno deducta, ita seriæ adhortationes immixtæ, ita vivis coloribus dolores paterni ob liberos pereuntes depicti, ut nulla necessitudine junctos ad sensum pietatis reducat, nedum filium, cui sola vox & recordatio paterna sanctior esse debebat.

Judicialiter etiam negotium profecutus est sententiamque anno 1586. impetravit, qua ipsi ob subreptum filium inquisitio plagii dabatur. Exhibetur sententia p. 666. in fin. Verum quid obtinuerit demum, non constat.

Sæpius vero prodiit hoc opusculum, nam & editionem *Parisiensem* (quæ secunda est) possideo de an. 1597. in 12.

Edidit præterea hic autor *l'ordre judiciaire dont les anciens Grecs & Romains ont usé, conféré à l'usage de France. Paris. 1576. in 8.* Et Paris. 1610. in 4. porro *Decretorum libros sex Paris. 1573. in 8.*



XVI.

Codex Legum Antiquarum, Ex Bibliotheca
FRID. LINDENBROGII, Francofurti 1613, in fol.

CONTINET hoc Volumen : Leges Wisigot-
 rum, Edictum Theodorici Regis, Legem
 gundionum, Salicam, Alamannorum, Baiwa-
 rum, Decretum Tassilonis Ducis, Legem Rip-
 riorum, Saxonum, Angliorum & Werinor-
 Frisionum, Longobardorum, Constitutiones
 culas sive Neapolitanas, Capitulare Karoli
 Hludovici Imperatorum &c. Formulas
 lennes priscas publicorum privatorumque
 tiorum tunc primum editas & Glossarium sive
 terpretationem rerum vocumque difficilium
 obscuriorum. Neque adeo dubium est,
 Juris Germanici studiosis multum utilitatis affe-
 quod suo exemplo ostendit in Exercitatione
 Pandectarum Schilterus. Habetur quidem
 dem modo in Balucii Capitularibus Lex Ripuar-
 rum, Alamannorum, Baiwariorum, Salica,
 nec non apud Baluzium multo plenius quam apud
 Lindenbrogium Capitularia Caroli M. & Lu-
 vici Libris septem; apud Baluzium enim Liber
 primus capitula 162. secundus 48. tertius
 quartus 77 continet. Huic subjiciuntur appen-
 dices tres: quarum prima 35. secunda 38. ter-
 tia 10. capita comprehendit. Libro quinto
 hibentur capitula 405. sexto 436. septimo
 Sequuntur additiones quatuor, quarum prima

ticipata est, secunda complectitur capita 28. ter-
 tia 124. quarta 171. apud Lindenbrogium vero
 Liber primus 168. secundus 47. tertius 89. quar-
 tus 75. quintus 251. sextus 330. septimus 377. Addi-
 tio prima 80. secunda 25. tertia 78. quarta 103. ca-
 pitula complectitur. Formulæ quoq; multo plures
 & pleniores sunt apud Baluzium. Sed alibi omi-
 sit Baluzius plura, quæ ex solo Lindenbrogio peti
 possunt, puta 1) *Leges Longobardorum* Libris
 tribus inclusas, quorum *primus triginta septem,*
secundus quinquaginta novem, tertius quadra-
ginta titulos, quilibet vero titulus complura &
 subinde triginta, aliquando octoginta & plura ca-
 pita complectitur. Has Leges pro parte excerptas
 deprehendimus apud *Baluz. Tom. I. p. 349. p. 541.*
p. 689. Tom. 2. p. 331. &c. 2.) *Codicem Legis*
Wisigothorum Libros XII. conficientem, quo-
 rum *primus* de Instrumentis legalibus seu legisla-
 tore & lege tit. 2. *Secundus* de negotiis causarum
 judicialibus tit. 5. *Tertius* de origine conjugali
 tit. 6. *Quartus* de origine naturali, scil. gradi-
 bus, successionibus, tutelis tit 5. *Quintus* de
 transactionibus i. e. contractibus tit. 7. *Sextus* de
 sceleribus & tormentis tit. 5. *Septimus* de Furtis
 & Fallaciis tit. 6. *Octavus* de illatis violentiis &
 damnis tit. 6. *Nonus* de fugitivis & refugienti-
 bus, *Decimus* de divisionibus & temporibus at-
 que limitibus, *Undecimus* de ægrotis, medicis,
 mortuis & transmarinis negotiatoribus, *Duode-*
cimus de removendis pressuris & hereticorum Se-
 ctis extinguendis agunt. 3.) *Edictum Regis Theo-*
H 5 dorici

Salicæ editiones, altera vetus *Basilii Jo. Heroldi, Basil. 1557.* quam autor noster sequitur, altera recens a *Tilio* primum publicata, dein a *Pitbæo, Lindenbrogio, Bignonio* recusa. Et scuticam quidem minatur *Lindenbrogio Autor in fin. præfat.* quod ille alia exemplaria ab Heroldina editione discrepantia sequi maluerit, *quia recentiora appa- rerent;* sed excusari potest *Lindenbrogius*, quod maluerit legem *repetita prælectionis* autoritate *Caroli Imp.* emendatam & promulgatam sistere quam antiquatam, qua *Franci ipsi sub Carolo* amplius non utebantur. Neque tamen improbo quod *Autor Heroldinam* editionem secutus sit, quippe ex qua firmiores probationes suppetebant, *natale solum Legis Salicæ esse Brabantiam.* Denique Legem Salicam ex vndecim codicibus MSS. antiquissimis emendavit *Steph. Baluzius Tom I. Capitular. Regum Francorum pag. 281. seqq.* quæ editio quoad ordinem & verba, sed non adeo quoad sensum ab editione nostri Autoris differt. Imprimis in hac notandæ veniunt per singula capitula eorumque singula prope commata occurrentes voces plane barbaræ in editione Baluzii omissæ (v. g. *Malb. alafacis, Malb. Cbreomosdo,* &c.) quæ denotant loca seu malbergia, ubi ita iudicatum fuerit. vid. *cap. 16. pag. 107. seqq. & pag. 167. in Gloss.* Post exhibitas leges Salicas ostendit per sedecim capita, natale solum earum fuisse Brabantiam, (loca specialiora exhibet in tabula Geographica (ubi *cap. 1. de origine Francorum c. 7. de antiquis Belgii populis sapud Cæsarem,* hactenus



dorici 154. capitibus constans. 4.) Legem *Burgundionum* 89. titulos comprehendentem, quod quilibet in plura capitula subdividitur; accedunt duo additamenta, quorum primum iterum viginti titulos, secundum 13. capitula complectitur Legem *Saxonum* 18. titulis absolutam, quæ præterea alia est & diversa a duobus Capitularibus Saxoniæ per Baluzium & Conringium editis. 6.) Legem *Anglonum & Werinorum* seu Thuringorum 17. titulis absolutam. 7.) Legem *Frisionum* 22. titulis, præter additionem sapientum XII. titulis comprehensa. 8. Constitutionum *Neapolitanarum Sicularum* Libros tres, primum, centum, secundum quadraginta octo, tertium sexaginta titulorum. 9.) *Glossarium vocum & rerum* in toto hoc codice obviantium difficilium & obscuriorum cum Baluzius contra non nisi Pithœi Glossarium ad Legem Salicam & Libros septem capitularium exhibeat.

Reliqua Lindenbrogii scripta enumerat Winkelmann in *Diar. Biograph.* ad ann. 1647. mens. Decemb. sed in Indice observat, obiisse Lindenbrogium 9. Septembr. 1648.

XVII.

Leges Salicæ illustratæ, illarum natale solum demonstratum cum Glossario Salico vocum ad vaticarum Autore GOTTFRIDO

WENDELINO, J. U. D. Antw.

1649. fol. plagg. 58.

DUæ ante edita Baluzii Capitularia fuere Leges Salicæ

nus ignoratis. *Cap. 8. de Taxandria Regio*
Cap. 9. de arborichis populis. Cap. 11. nullum
 isse populum Salicum, sed Salicos a Sala i. e. a
 dictos, fuisse nobiles, aulicos ministros
 &c.

In Glossario subjuncto explicat voces ad
 cas in legibus Salicis occurrentes. Ubique
 dite ratiocinatur & magnam antiquitatis Ger
 nicæ notitiam spirat.

XIIIX.

PETRI G U D E L I N I *Commentariorum*
de Jure Novissimo Libri sex. Arnhem.
 1661. in 4. plagg. 53.

PER *jus novissimum* hic non intelliguntur
 res hodie recepti, sed imprimis Jus novi
 mum Justinianeum; scil.

Continet hoc opus *prælectiones ad Novellas*
 ordinem justum redactas, quem laborem ex
 hoc seculo in Academia Lovaniensi suscepit,
 nempe tempore, quo *Conr. Rittershusius* non
 animus ad similem conatum applicuerat; edi
 vero Gudelini typis expressa secuta demum
 editionem operis Rittershusiani; utraque
 fato, quod defunctis autoribus a filiis procura
 fuerit. Methodus Gudelini a *Prateji* metho
 (vid. supr. recensione Rittershusii *Exposit. N*
 vell.) non adeo differt; scil. postquam *Lib. 1. cap.*
 & 2. pauca de *Novellis* in genere & instituti
 tione præfatus esset, reliqua hujus Libri parte

personarum ductu Institutionum Justin. exponit, materias de adscriptitiis, jure patronatus dote, divortiis, successione conjugum & secundis nuptiis, locis congruis adjiciendo. *Libro secundo* tractat materias juris in re; *Libro tertio* jus ad rem, item actiones, exceptiones & restitutiones in integrum, *Lib. IV.* de processu Civil. *Lib. V.* de jure publico, quo etiam refert Crimina publica; *Libro sexto* de jure personarum & rerum sacrarum.

Omnia ista cum materiis affinibus erudite, & practice tractat, omissis quaestionibus subtilibus & inutilibus. Ut dubius haeream, si cum Rittershusio comparetur, utri palma tribuenda sit; certe si utrumque in lectione Novellarum conjungendum esse dicam, non erravero.

Singulis capitibus subjungit, imo per integra aliquando capita explicat Jus modernum in Belgio, (praesertim regio) Gallia finitima, aliisque locis receptum, quod plerumque ex antiquitate inpitima eruit, & breviter, sed sufficienter proponit autoritate & rationibus confirmat, quae cum saepe tales sint, quas & in Germania nostra obtinere negari nequit; non sine utilitate Gudelinum foris nostris passim applicare possumus.

Vitam hujus Autoris exhibet in *Oratione funebri Maximilianus Wittebort*, quae huic tractatui pag. 357. seqq. annexa, deinde ab *Henningo Witten*, *Memor. Jctorum Decad. 1. pag. 57—66.* inserta est, ubi & reliqua ejus scripta enumerantur. add. *Ereber. Theatr. Vir. Erudit. p. 1027.*

XIX.

JUSTI GEORG. SCHOTTELI
*singularibus quibusdam & antiquis in Ger-
 mania Juribus & observatis maximam
 partem adhuc usitatis, Erf. &
 Lipsia in 8.*

EXhibentur hic & explicantur XXIX. diversarum
 Germanici genera, quorum titulos ad
 significatu brevissimis subjicimus:

Hagestolzen-Recht, *jus misogamorum*, quo
 quæ in odium cœlibum variis in rebus publicis
 constituta sunt, enumerantur & de conjugii
 cessatione apud Germanos agitur.

Baulebungs-Recht, Haupt-Recht, *jus cadaveris*
jus capitale, vi cujus Dominus mortuo subdito
 optimum equum, mortua vero subditi uxore
 optimum ex induviis vindicat. Injicitur hic
 mund & Churmede.

Baar-Recht, *jus cruentationis*, quando de
 tore cædis non constat, ut suspecti ad cadaver
 ducantur, an ex hoc sanguinis fluxus indicium
 homicidii ab eo, qui cadaver attingit, patet
 faciat.

Mann-Recht, quod denotat (1.) *Judicium*
malli seu manni solenne, quod formabat domi-
 nus territorii constituto præside & assessoribus
 punienda delicta nobilium & ministerialium; agitur
 hic de mallo. &c. (2.) *judicium feudale* inter
 dominum & vasallos in controversia de feudo, cui

solennia describuntur. (3) *testimonium libertatis*, quod producere tenebantur, qui in urbem recipi volebant. Habetur hic documentum antiquum processus judicialis inter status imperii de anno 1321.

Fürsten-Recht, quod in causis *principum* Imperator sine consilio procerum Imperii pronunciare non possit.

Das Send-Recht, quod ex *Synodali Judicio* seu visitatione competit, fuit annale judicium Ecclesiasticum, ubi archidiaconi in villis per officiales cognoscebant de criminibus eo anno denunciatis & ad jurisdictionem Synodalem spectantibus, ubi von Schöppenbaren *Sendverwandter Caland*.

Cent-Recht, *Fraiß-Recht*, *jus Centena*, seu jurisdictionio in casibus maxime criminalibus capitalibusque competens, ubi de jurisdictione alta & bassa.

Zehend-Recht, *jus decimarum* ecclesiasticarum & laicarum antiquum & hodiernum.

Weichbild-Recht, *jus municipale*, ubi de *Ru-landis* & *Rugen*.

Weichfried-Recht, *pax & securitas municipa- lis*, quo fruuntur liberi homines.

Stadt-Recht, *jus constituendi civitatem*, ubi historia urbium Germanicarum.

Gau-Recht, jura & observata certi *districtus*, ubi de *Gograviis*.

Au-Recht, *Gaa*, jus singulare Domino pagi competens in loco medio pagi a casis rusticorum
sepa.

separato, cuius rustici non sunt capaces, nisi specialiter a Domino concedatur.

Noth-Recht, denotat 1.) poenas stupri violenti, 2.) necessitatem jus quærendi in causa liquida, 3.) jus vendendi pignora, quæ cito pereunt vendenda sunt, 4.) necessitatem suscipiendi ministerium publicum; ubi etiam de moderamine inculpate tutelæ aliisque.

Gast-Recht, jus celeris processus in causis extraneorum.

Garten-Recht, jus prohibendi pasturam.

Schillings-Recht, jus solidorum, quo primum rustico conceditur pro uno solido, sed si solido restituto statim a possessore derelinquendum est.

Schupff-Lehn-Recht, seu ius prædii cum mortuo possessoris expirans.

Rutschar-Recht, jus pensionum promobilium quæ stato die non solutæ altera die duplicata, tertia triplicata & ita Indies auctæ solvendæ sunt, fortrutschen und täglich grösser werden. Species est das Meigassen Zins-Recht.

Strand-Recht, *Grundruhr-Recht*, *Selb-Recht*, jus acquirendi ex naufragio, iniquissimum modum & hodie sublatum.

Jus Avaria, *Haveren-Recht*, de quo diximus in *posit. ff. ad Legem Rhod. de jactu*.

Bodmeren-Recht jus fœnoris nautici, de quo diximus in *posit. ff. de Exercit. actione & nautico fœnore*.

*Afforanz- oder Affesredors-Recht, jus affecur-
ationis seu suscepti periculi.*

*Krahn-Recht, jus Geranii seu mensurati-
nis* autoritate principis ad evitandas fraudes nauigan-
tium in utilitatem vectigalium constitutum.

See-Recht, jus maritimum, ubi de legibus
nauticis Oleronensibus, Wysbiensibus, Han-
seaticis.

Stapel-Recht, Hansee-Recht, hic distincte agi-
tur de *jure Stapule*, emporii & nundinarum, re-
censentur loca his juribus gaudentia & explicatur
ius Hanseaticum.

Spieß-Recht, judicium bastatum criminale,
wenn einer durch die Spiesse gejaget wird, quod
prolixè describitur.

Ordel-Recht, jus ordalii, quasi in quo DEUS
sententiam ferat, estque triplex: monomachia, pro-
batio per ignem & per aquam. Canonistis appel-
lantur probatio vulgaris, & contradistinguuntur
probationi canonicæ.

*Behm-Recht, jus Vemicum, Frey-Gericht,
Salsfeld-Gericht*, seu judicium occultum, cujus va-
rii modi prolixè describuntur.

Explicatio horum jurium erudita, elegans &
lex ipsa antiquitate Germanica depromta, multis
documentis & fertili optimorum autorum alle-
gatione confirmata est. Non diffiteor, aliqua
horum jurium esse abrogata; sed & abrogatæ vel
certe non receptæ sunt multæ juris Romani
materiae & dispositiones, quas avide addiscimus,

consuetudines majorum nostrorum ex asse-
pine ignorantēs.

De autore & reliquis eius scriptis vide
Diar. Biograph. ad ann. 1676. mens. Octobr.

XX.

*Juris Græco-Romani tam Canonici, quatuor
Civilis Tomi duo, JOH. LEUNCLAVII
studio ex variis Europæ Asiæque Bibliothecis
eruti Latineque redditi, nunc primum
cura MARQUARDI FREHERI,
ejusd. auctario, Chronologia Juris ab ex
Justiniani ad amissam Constantinopoli
lin & Præfat. ad Imp. Rudolff. II.
Francof. 1596. in fol.*

PRÆfatio agit (1.) de Juris Græci origine,
su hodierno, (3.) laude Leunclavii & edi-
nis præsentis. Scil.

I. ostendit, quomodo Jus Romanum Justiniani
temporibus paulatim in linguam Græcam
cœperit, ut in Thracia Asiaque labor addiscen-
linguam Latinam tolleretur, unde & Justinianus
plerasque Novellas Lingua Græca conceptas
mulgarit, & Codex Justin. eodem tempore
ce versus sit, asserentibus *Sualenberg. in præf.
Harmenop. Ant. Contio 1. Disp. c. 7. aliisq. præf.
Codicis versionem & ipse Freherus vidisse
statur, & Græcorum labores in explicando
prædicat, quos variis rationibus susceptos re-*

set: 1.) amplam juris comprehensionem seu τὸ πλάττει τῶν νόμων instituendo, 2.) breves periochas ad titulos & capita Codicis pandectarum adjiciendo, 3.) μεταφραστικῶς aut παραφραστικῶς, docentes eam rationem, quam Justinianus κατὰ πόδας vocat, exprimendo, 4.) paratitlorum methodum adhibendo, prout *paratitlorum libri quatuor antiqui interprete Leunclajo Francos. 1593* prodierunt, 5.) plenissimos commentarios conscribendo eo luculentiores, quod multa Græcis moribus ignota per digressiones ac protheorias explicare necesse esset; & παραπόμπας, sive locorum similium indicationes, vulgo remissiones seu concordantias addendo, easque vel interlineares vel marginales, & παραγραφαὶς legum difficultum suppeditando per casum figurarum, deinde sensum & rationem leges expositam; neque τὰ ἐναντιοφανῆ omittendo, seu legum apparenter pugnantium conciliationem.

Imperatores quoque Græcos, gentis indole magis sapientiæ studiis quam Marti deditos in Jure excolendo subinde laborasse, unde non modo variorum Novellæ, sed & πρόχειρον a Basilio Macedone ejusque filiis, Leone Constantino & Alexandro compilatum, ex quo Harmenopolus promptuarium suum excerptit. Demum βασιλικὰ (de quibus minus benigne sentit Freherus, scil. ibi quadrata rotundis mixta, opus ex invidia in Justinianum elicatum tanti non esse, ut integrum edatur ematurque, nedum legatur &c.) & tum Leonis tum subsecutorum Imperatorum ex



Porphyrogenetica, Comnena, Palæologæ editi for-
 milia Novellas quasi certatim editas tum Justiniano, tum sibi invicem data opera derogare nunquam desinentes intricatissimam ad
 obrogare nunquam desinentes intricatissimam ad
 difficillimam Juris cognitionem fecisse. Justiniane di-
 ani interim corpus fastiditum & contemptum sed & ad
 iam in oriente obsolevisse, & cum rarius defertur, quippe nulli usui in scholis aut foro solum unum, ægre ab interitu defendere se potuisse, Byzantini
 ut vix ullum ejus e Græcia exemplum recuperare corrogamus.

In Occidente barbarorum dominatione accipiat
 presso non melior Juris Justiniane conditio, in ha-
 sex integra secula delitescens & squallore occultu De
 Licet enim Agathias Francos Romanas leges in crimon
 nubis & contractibus observare testetur, id tene regiam
 de Theodosiano & antiquioribus Codicibus, in unis;
 fragmentis Caji, Pauli, Papiniani; non veronem, æ
 compilatione Justiniane accipiendum esse, ita statu
 qua apud Isidorum Hispalensem & Dagobertum meliore
 Francorum Regem Juris origines enumerantememus, t
 rum silentium, neque ullum ejus in Capitulis hodiern
 bus Caroli M. vestigium.

Postea autoritate Lotharii Saxonis Justiniane diri des
 um receptum credi (de quo eleganter dissentis & re
 Juris vero Græci nullam unquam in foro autore peti
 tatem fuisse, nec ergo ejus aliquam autoritatem avo exc
 scholis esse debere, cum si Jus Justinianeum nia & to
 sufficiat, adsint Gentium Germanicarum legatur, in
 jure Græcorum multo meliores. Unde, quas n

II. Objectiones contra utilitatem Operis compo

ogediti format, sed eam tamen variis rationibus de-
 Jurfendit: 1) Græcorum monumenta in tanta illo-
 erorum clade non sine providentia divina procul du-
 mario ad bonum finem conservata (quod admira-
 Justione dignum) non solum deinceps conservanda,
 tum sed & ad usum nostrum publicanda, legenda & in-
 lescentis thesauri loco excipienda esse. 2) ad cor-
 o fous universæ historiæ, cujus non ignobilis pars est
 le, Byzantinum Imperium, omnia hujus generis esse
 percorroganda, præsertim cum 3) historia ex his le-
 gum reliquiis plurimum lucis, autoritatis fideique
 ne accipiat, quod gravissimis rationibus confirmat.
 tio, 4) in harum legum autoribus, zelum pietatis in
 e ob cultu Dei & Ecclesiæ *Evtaçia* propaganda, judiciū
 es in criminiam in constituendis rebus necessariis, e-
 d tagregiam voluntatem in tuendis subditorum for-
 us, in unis; in legibus ipsis sapientiam, moderatio-
 vero æquitatem deprehendi; ex quibus bene fa-
 esse, ita statutaque admirando doctiores, imitando
 bene meliores inde fiamus, sinistre dicta ibi vel facta vi-
 antem, eorumque tristes eventus notando, obvia
 vitulodierni temporis corruptelarum similitudine,
 pares exitus animo præcipiamus nobisque blan-
 inia diri desinamus. 5) hæc multum conferre ad ju-
 stitiam & reipubl. confirmationem, & absque pado-
 re peti posse a Gente, sapientiæ laude ab omni
 atem ævo exornata, & quæ iis temporibus, quibus Ita-
 m nia & totus Occidens diuturna Barbarie premeba-
 n letur, integritatem Romanarum legum retinuit,
 quas novis additionibus exornavit, contrarias
 ris composuit, temporibus suis non convenientes



emendavit. 6.) Augustis ipsarum conditorum
 aliquid reverentiae deberi, 7.) ipsas cum summa
 ratione, quae sola pro fonte & anima legis, imo
 ge ipsa habenda est, esse latas. 8.) ipsos Caspium
 Germanos leges Graecas aliquando imitatos, in
 exemplo constitutionis Friderici I. de jure profecto
 seos, quae ex Constantini Porphyrogenetae
 vella ejusdem tenoris desumpta est. (vid. *Annal.*
Tom II fol. 139.) 9.) leges graecas stylo philo-
 phico & tualorio scriptas & a juris civilis fontibus
 derivatas caecis nationum Germanicarum legibus
 multum esse praefendas, quae verbis asperae, re-
 a summa aequitate longius recedant, tanquam
 a Mavortiiis nationibus profectae. 10.) easdem
 multum facere ad Jus Justinianum explicandum
 (quod iterum multis argumentis, ad ea, quae
glorius in praefatione Paraphraseos Theophili pro-
 fert, collimantibus deducit.) 11.) si leges hae-
 usum nostrum nihil facerent, tamen humani-
 tatis ratione, & propter fraternam inter haec
 Imperia coniunctionem hoc beneficium Graecis
 esse praestandum, ut res eorum memoriae & pos-
 ritati transmittamus.

Tandem III. laudat & commendat tum Leun-
 clavium, tum hanc praesentem editionem: illius
 Scripta inter magnas occupationes edita, item
 pera rariora, quorum editionem mors intercepit
 nominat. Hoc autem maximum & absolutissimum
 mum opus ex conquisitis per penitissimam Graeciam
 magno labore & periculo, nec levi aere per-
 risque opusculis reliquis improbo nisu & a-

mnis ex
 summa
 justam
 statur,
 ferint n
 fat. No
 August
 E
 Opu
 am, qu
 Origin
 Hin
 I. H
 dicis T
 Graeco
 Cor
 de Epil
 Diacor
 ta de I
 sexta c
 lia gra
 varium
 II. I
 siallici
 stinian
 osoph
 phyro
 reg. I
 xii Co
 ni, Ale
 Batatz
 ma



omnis ex Græcis exemplaribus exscriptis, omnibus summa fide in latinum sermonem transfusis & ad justam temporum seriem dispositis exurgere testatur, cum antea magni nominis viri talia promiserint magis, quam præstiterint. *Scrimger. in præfat. Novell. Cujac. Lib. XII. Observ. c. 22. Anton. Augustin. &c.*

Et tantum de Præfatione.

Opus ipsum præmissam exhibet Chronologiam, quam etiam *Simon Leeuwius tractatui suo de Origine Juris* inseruit.

Hinc continentur *Tomo primo.*

I. Harmenopuli, Sebastii, nomophylacis & judicis Thessalonicensis epitome Juris Canonici Græcorum pag. 1—71.

Comprehendit *sex Sectiones*, quarum *prima* de Episcopis & Synodis, *secunda* de Presbyteris, *Diaconis & Subdiaconis*, *tertia* de Clericis, *quarta* de Monachis & Monasteriis, *quinta* de Laicis, *sexta* de Mulieribus agit. Intermixta sunt scholia græco-Latina vel explicantia sensum, vel jus varium notantia.

II. Novellarum Augustalium de rebus Ecclesiasticis liber unus. Continet Novellas Imp. Justiniani, Heraclii, Basilii Macedonis, Leonis Philosophi, Leonis & Alexandri, Constantini Porphyrogenetæ, Nicephori, Phocæ, Basilii Porphyrog. Isaaci Comneni, Nicephori Botaniatæ, Alexii Comneni, Calo-Johannis, Manuelis Comneni, Alexii Comneni II. Isaaci Angeli, Johan. Ducæ Batatzis &c. p. 72—186.

I 4

III. IV.

III. IV. Decretorum Synodaliū Libri de opus d
 pag. 186.—246.—305. Continent sententias S Imp. ju
 nodales & Sanctiones Pontificias Archiepisc II.
 porum & Patriarcharum Constantinopoleo Ctio Ju
 Chrysoftomi, Gennadii, Tarasii, Nicephori, Imper.
 sinnii, Sergii, Alexii, Michaelis, Constanti stantin
 Chliareni, Nicolai Grammatici, Nicolai Maza dem.
 nis, Arsenii, Lucae, Michaelis Anchiali, Theod 79—13
 sii, Germani, Manuelis, incertorum denique III.
 triarcharum. Quorum Liber primus (sicut civilibu
 Novellarum Augustalium Liber) antea a Bonifacii Basili
 editus, nunc multo correctior & auctior, ejus netæ, I
 nique versio locis innumeris recensita; secundu nioris,
 vero plane novus prodit. filii Po

V. VI. Responsorum libri duo. p. 305.—394. mneni.
 441. Continent Responſa, Epistolas & sente IV.
 ti s aliorum Episcoporum, sanctorumque p pactis.
 trum. Quorum primus itidem auctior com V. T
 ctiorque, quam antea Bonifacio, secundus pla zianzen
 novus prodit. bus eju

VII. Theodori Balsamonis, patriarchæ An VI.
 tiocheni meditata seu responsa. p. 442.—478. bus int

IX. Matthæi Monachi quæstiones & cau nos.
 matrimoniales. p. 478.—520. antea a

IX. Justiniani Imp. Edictum de fide orthodo VII.
 23. Græce nunc primum & multo auctius ed IX.
 tum. p. 520.—546. IX.

X. Constantini Harmenopuli de Sectis & usque
 ræ fidei confessione liber unus. p. 547.—560. duini,
 Tomo secundo continentur meliore

I. Michaelis Attaliatæ, Proconsulis & Judic Has

op.

opus de Jure, sive Pragmatica, Michaelis Ducæ,
Imp. jussu facta. p. 1—79.

II. Delectus Legum compendarius & corre-
ctio Juris antiqui in id, quod æquius melius per
Imper. Basilium, Leonem, Alexandrum & Con-
stantinum Augustos; cum præfatione eorun-
dem. Publicata circa annum Christi 838 pag.
79—134.

III. Novellarum Augustalium liber de rebus
civilibus & judiciariis p. 134—192. Habet novellas
Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogen-
netæ, Basilii Constantini & Leonis, Romani se-
nioris, Romani minoris, Nicephori Phocæ, Ba-
silii Porphyrog. Alexii Comneni, Manuelis Co-
mneni. &c.

IV. Responsi veteris formula ex jure de nudis
pactis. p. 192—202.

V. Testandi formula vetusta, qua Gregor. Na-
puzianzeni testamentum continetur. Vitæ & operi-
bus ejus addendum. p. 203—206.

VI. Eustathii Antecessoris liber de temporali-
bus intervallis a momento usque ad centum an-
nos. Nunc multo auctior & integrior, quam
antea a *Schardio* vel *Cujacio* editus p. 207—248.

VII. Leges militares Ruffi. p. 249. 255.

IIIX. Leges Colonariæ. p. 256—265.

IX. Leges Navales Rhodiorum & aliæ. p. 265.
& usque 277. Omnes prioribus editionibus *Bal-*
duini, *Schardii*, aliorum, longe integriores &
meliores.

Has autem tres Legum collectiones Constant.

Harmenopulus fecisse videtur, quod ejus scrip-
plerumq; in MStis libris adjectæ inveniuntur.

Prostant etiam Jo. Leunclavii *Paratitlorum
britres antiqui, Latini de Græcis facti, ejus de
novatorum Libri II.* quibus innumera loca juris
vilis integritati suæ restituantur, cum præfa-
ne, quæ viam discendi Juris ostendit ad rationem
Paratitlorum accommodatam. Erf. apud Henr.
Wechel. 1593. in 8. Item *Historia Musulma-
Turcorum de monumentis ipsorum exscripta Lib.
XVIII. accessere Libitiniarius Index Osman-
rum & Apologeticus. Annales Sultanorum O-
manidarum, a Turcis sua lingua scripti, & Pa-
dedes Historia Turcica liber singularis &c.*
Leunclavio Autore & Interprete. Francof. 1588.
in fol. Annales & Pandectæ jam ante prodierunt
Francof. 1588. in 4.

De Leunclavio & scriptis ejus reliquis vid. Thom.
mas-Pope Blount *ensur. celebrior. autor. p. 71.*
Theisfier *Eloges des Hommes Scavans Tom. II. p.*
202. sqq. Biblioth. Bodlej. p. 397.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 6. lin. 17. *non suppetit*) postquam hæc ty-
pographica mandata sunt, aspicere licuit Opus, his de-
deratis omnino satisfaciens, quod inscribitur:
*Instructorium forense LYNCKERI-
NUM ad universum omnium scientiarum
compl. xum & cum primis solidam cujus*

juris omnemque reliquam prudentiam, qua rebus publicis prospicimus, diu etiam; ut dicitur etum ejus secutus in toga ad summa qualibet eniti & cum excellentia præ ceteris radiare possit. Jena ap. Job. Bielkium 1698. fol.

pag. 15. lin. 12. Gedan. 1688.) adde: Ejusq; Tomo secundo, Rigæ 1691. in 4.

ibid. lin. 27. 200.) lege 400.

pag. 16. lin. 4. Anonymus) subscriptio dedicationis ostendit, eum esse *Guilielmum Batesium*.

ibid. lin. 6. plures alii) huc facit imprimis l' *Academie des Sciences & des Arts, contenant les vies & les Eloges Historiques des Hommes illustres, qui ont excellè en ces professions depuis environ quatre Siecles parmi diverses Nations de l'Europe, avec leur Portraits & plusieurs Inscriptions funebres par Isaac Bullart, Chevalier de l'ordre de S. Michel. & Bruselle 1695. in fol.*

pag. 17. lin. 10. v. g. *Frankfurtanæ ad Viadrum, in Jo. Christ. Becmani memorandis Frankfurtanis. Francof. 1676. in 4.*

ibid. lin 17. 12mo. & c.) *Job. Hallervordii Bibliotheca Curiosa Regionum. 1676. in 4. Bibliographia Curiosa. Germanop. 1696. in 8. Israelis Spachii nomenclatore Philosophico, Argent. 1598. in 8. & c.*

pag. 18. lin. 5. addiscuntur ex) adde: *Dan Georgii. Morbosæ Polybistore. Lubec 1695. 4.*

pag 22. lin. 14. 1654.) lege 1684.

pag. 30. lin. 13. 1654. in 8.) adde: *Bernhardus Rutilius, Argent. 1538. in 8.*

pag. 32. lin. 12. Conf.) *Job. Ludov. Vives de corruptarum artium Lugd. 1551. in 8.*

ibid. lin. 29. *Carpz. d. l.) & in Draudii Bibl. Classica P. I. pag. 753. 755. 761. seqq.*


pag. 34. lin. 16. 1696. in 12.) adde: *Aymarus vallius, Civilis historia Juris libris quinque Mogunt. 1530. in 8.*

pag. 50. lin. 26. in 12.) *Jo. Grøningii Navig. libera Lubec. 1698. in 12.*

pag. 96. lin. 28. videatur) lege videantur.

S. D. G.





Georgii Beyers
Voluntaria Institutionum
D. JOHANNES DE
an. 1714

LA II, 4
56